METAPHYSICA TRANSCENDENS,

Sive

DISPUTATIONES SCHOLASTICÆ,

Super Univerſam Materiam Naturalem clarâ brevitate, & magnâ claritate concinnatæ,

Potiſſimùm quidem ad mentem Doctoris ſubtilis Scoti, ſed in maximis difficultatibus ſententiarum varietate pro genio veræ ſcientiæ amatorum exornatæ.

AUTHORE
P. WOLTERO SCHOPEN,
DE JULIACO,
Ord. Min. S. Franciſci Conventualium, SS. Theologiæ Doctore, ac Profeſſore in Conventu Wratislavienſi p. t. ſtudiorum Regente &c.

NISSÆ, Typis Joannis Joſephi Krembsl,
ANNO M.DC.XCVII.

Digitized by Google

DEDICATIO.

LLUSTRISSIMO
DOMINO, DOMINO
JOANNI
CHRISTOPHORO

Lib. Baroni Zierovvski de Zierovva

DOMINO,

Hæreditario in Hennersdorff, Kain-dorff, Herndorff, & Danckwitz, Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Conſiliario apud ſupremam utriusque Sileſiæ curiam. &c. &c.

DOMINO, AC MOECENATI Gratioſiſſimo &c.

ILluſtriſſime Vir ac Domine, quondam tui ſimiles Viri in Remp. litterariam bene meriti, non ſolùm litteratorum animos in-

ſigni magnificentiâ conciliabant, ſed incredibili prorſùs affectu junctô munificentiæ ſtudium virtutis æmulam proſequebantur; *modò* cùm mentis perverſitas urbanitas vocatur *ex Greg. lib. 10. Moral. tantùm abeſt, ut eruditionis ornamenta provehere ſtudeant, taceo nobilitati præferant; quin etiam ſæpè accidat, ut hi, quos præſens dies aſpicit, velut culturæ inſignioris homines, realium ſcientiarum cognitionem negligant, & quod pejus eſt, ſcholaſticam omnino vituperent: adduxeram in quodam Logicæ Utentis contextu Caramuelem deſuper ſic lamentantem*: tractant Ethicam, & Politicam aliqui, qui Metaphyſicam ignorant, *quos exorbitantes, & umbratiles Andabatarum opiniones ſequi dicit; nec immeritò, ſiquidem impoſſibile eſt ſinè ratione eſſe hominem, ſinè principijs univerſalibus rationalem, ſinè Metaphyſica principiorum hujusmodi participem; unde implexos planetarum motus abſque gnomone referunt faſtuoſi tales Bombylij, qui parvi momenti,*

menti, ac nullius emolumenti naturalem *ſapientiam aſſerere non erubeſcunt, velut avari, & turpis lucri cupidi œconomi*, & ſi parva forent, non ſunt contemnenda, ſinè quibus magna conſtare non poſſunt *Hyer. Epiſt. 89. Cæterùm* aurum & opes & rura frequens donavit amicus, qui velit ingenio cedere rarus erit; *& Sylvius refert Fiſcello dictum:* quid litteris militiam præfers? ego milites unâ die mille fecerim, doctorum unum mille annis non fecerim (*doctorum non eſt idem quod Doctorum*) *O quam bene Ovidi. lib. 3. Eleg.*

Ingenium quondam fuerat pretioſius aurô:
At nunc barbaries grandis, habere nihil.

Summa dicendorum in contrarium eſt apud Horat. 2. *Epiſt.* 2.

Denique non omnes mirantur eadem, amántque:

Carmine tu gaudes; hic delectatur jambjs:
Quot capitum vivunt, totidem ſtudiorum mille.

Fateor, & faſſus ſum ijs, qui mihi diſſuaſerunt vires, & annos ſcholaſticis impendere, in his ſiſtendum non eſſe, & moralia amplectenda, ſed eſt quod cum dolore & gemitu video, quòd principia univerſim neceſſaria pro omni notitia humanitus poſſidenda vilipendantur, quòd obiter adeò nobiliſſimæ facultati metaphyſicæ in partibus iſtis vacetur, quòd multi tacere non poſſint, cùm loqui neſciant, ſcripturas doceant, quas non intelligunt *&c. Hyeron, ad Demetria*: *Virg: quòd promotores ſtudiorum oſores, quòd Reſp. litteraria ſinè ordine cenſeatur, cùm tamen* doctrina mores non ſinat eſſe feros, cum litteratis ſatìs ſuperque mentis eſt, ὁ γαμματ' εἰδὼς &c. *ex Græcis comicis. Igitur cùm Eccleſia militans de Bove Franciſco canat*, non ſibi ſoli vivere, ſed & alijs proficere

vult

vult Dei zelô ductus; *ego vitulus aræ & aratro ſervire contendens virum ethicum, hominem politicum, litterarum amantem, ſtudia promoventem cum Diogene quæſivi, cum Zenone inveni, cui me & meam Metaphyſicam in conſpectu Momi dedicarem*, Hic vir hic eſt, *Tibi quem præpondero, quisquis livore in alijs increpas, quod ipſe ignoras, qui juventutem ſaniori conſiliô inſtituendam tranſcendentibus fatetur, qui intentionem iſtam, ac meam piô affectu proſequitur, qui patriæ ſcholæ providere, & prævidere non dedignatur, cujus Laus aliunde nota per hoc confirmatur, & in Orbe litterario dilatabitur, donec unà cum ſuis æternùm gloriabitur, quod exopto*

Illuſtriſſimæ Dominationis
Veſtræ

Obſequioſiſſimus Servus

Fr. Wolterus Schopen
de Juliaco.

PRÆFATIO
Ad Lectorem.

AMice multa haberem tibi dicere, ſed nondum venit hora, quod pridem ſuggeſſerat ſpiritus aſper, cum lenitate communico: jam circumeunt, jam palam quærunt, jam Antigonum *interrogant, quomodo oporteret hoſtem aggredi? qui reſpondet* aut vi, aut dolo, *id eſt apertè, vel per inſidias. Amice Lector hæc prævidi, & plura ſequentur, duntaxat informatione opus erit,* claris viris decorum quidlibet eſt, *ait Eraſm. lib.* 6. *Apoph. ſive ſententiæ eorum impugnentur, ſive propugnentur; quid ergò muſſitant? quid me accuſant læſionis in perſtringendo nimiùm,* nunquid Philoſophorum libertas illis moleſta erit? *Laert. l.* 2. *nunquid* ſuper omnia veritas?

3. *Eſd.*

3. *Eſd. nunquid odiúm parit? ſed crede tutò, quòd nequaquam intenderim lædere quenquam, citavi, & cito vivos, nè videar leoni mortuo ſoli barbam vellere, citavi viros, à quibus mutuæ induſtriæ campum quæro, citavi vividos, qui quieſcentes in me favillas excitarent, num ergo lædo quenquam? præceſſerunt nuper duo viri in ſchola ſubtili bene meriti Maſtrius & Poncius, ſed nec duritiem in confutando hactenùs ſum amplexus: ſecutus eſt Hermann contra Baronem, ſed nec proterviæ inſimulo quenquam, ut prior ſecundum, & zelus permittit in authoribus plura, qui poteſt capere capiat. Ego interim amorem non odium, fructum non gloriam, amicitiam non læſionem quærens ſic animum recreo.*

Aſpicis

Aſpicis ùt prenſos urant juga prima juvencos?
Ut nova velocem cingula lædat equum?
Ovid. Lib. 1. de remed. amor.

Sed licet arma feras, & vulnera ſæva mineris:
Non tamen efficies, ut timeâre mihi. *Ovid. Lib. 2. de Ponto.*

Si tamen ingenijs aliqua eſt concordia junctis.
Servabit ſtudij fœdera quisq; ſui. *Ibid. 5.*

Si tamen eſt inter molles concordia magna. *Juve. 2.*

Pax erit hæc nobis, donec mihi vita manebit,
Cum pecore infirmo, quæ ſolet eſſe lupis. *Ovid. in Ibin.*

Excipio quoscunque trahens injuria ſecum ſuſcitat ignes. *alius.*

Cùm placeat longis potiùs inglorius annis vivere, quàm invidiæ tormina quæque pati. *Ennius*

Cenſuras & Approbatlones vide in Logica Utente.

PRO-

PROLOGUS
IN METAPHYSICAM.

NAturalis Philoſophia comprehendit Phyſicam, Mathematicam, ac Metaphyſicam, ex quibus quamlibet in diverſas facultates abire viſum eſt in Dialectica; Quemadmodum ergò Phyſicam duntaxat Scholaſticam tradidi, ità & Metaphyſicam illimitatam paro, ſiquidem de ſubſtantijs ſeparatis ſingularibus Chriſtianus Philoſophus notitiam ex revelatione præſtantiorem habet, cui proinde miſcere ſolet de primo ente ac intelligentijs hìc agitari ſolita: præmittenda eſt

DISPUTATIO UNICA.
De Quidditate, Qualitate, & Objecto Metaphyſicæ?

POrrò Metaphyſica ſignificat facultatem *poſt* aut *ſuprà* Phyſicam tradi ſolitam,

tam, & finis ejus eſt ſpeculari eſſentias rerum, & altiſſimarum præcipuè cauſarum; teſte Sco. in prol. qq. metaph. ſed pro his uberiùs intelligendis ſit

QUÆSTIO I.

An Metaphyſica ſit Scientia, vel Sapientia?

DIco: Metaphyſicam habere rationem ſapientiæ, ac ſcientiæ rerum altiſſimarum ſpeculativæ. Ita cum Ariſtotele Lib. 1. Metaph. Sco. ci. & paſſim alij Philoſophi.

Probatur primò quòd ſit ſapientia: ut aliqua facultas ſit ſapientia, requiruntur conditiones iſtæ: nimirum *ut verſetur circa omnia*; *ut agat de rebus abſtruſis, id eſt à ſenſibus remotis*; *ut ſit certa, & certiora perquirat*; *ùt ſit idonea ad docendum*; *ut nec alteri ſubordinetur, nec alteri inſerviat, ſed velut domina propter ſe expetatur, ac alijs facultatibus lumen impertiatur*; atqui hæc omnia conveniunt Metaphyſicæ: Ergò, &c. Major declaratur: tum ex eo, quòd communiter hæ conditiones requirantur; tum quia ſapientis eſt univerſaliſſima certò noſcere, ac alios potiùs inſtruere, quàm inſtrui; ex quo patet ultimam à quibuſdam negari ſolitam requiri, ut quippè non *ſerviat ſed dominetur*. Minor Probarur ex objecto il-

lius

lius ſtatuendo, & ex Ariſt. 10. Ethi. ubi fœlicitatem ponit in ſpeculatione ſubſtantiarum ſeparatarum, ac eſſentiarum rerum, ac alibi varijs locis; & conſtabit per hoc, quod, & qualiter hæc facultas edocet. Confirmatur: principia Metaphyſicæ ſunt univerſaliſſima, utpote quorum veritas ex ſola terminorum apprehenſione innoteſcit, v. g. *impoſſibile eſt idem eſſe, & non eſſe; totum eſt majus ſuâ parte, &c.*

Probatur ſecundò, quòd & rationem ſcientiæ habeat: tum quia eſt per demonſtrationem acquiſitus habitus; tum quia poteſt eadem facultas quatenùs per diſcurſum efformatur eſſe ſcientia, & ſub alia ratione, v. g. contemplantis altiſſima, ſapientiæ titulum ſervare; imò iſti duo habitus videntur eſſe minùs & magis communes, ità ut omnis qui ſapiens eſt, à potiori ſciens & ultrò, non ècontra. confirmatur: ſapientia creata bene dubitando, bene inveſtigando, bene inventa eſt, & teſte Philoſopho, *omnis homo ſcire deſiderat* in principio Metaph. ubi & conſequenter ait, quòd non ſit dignus vir carens Metaphyſicâ, ſed Ethici moderni delectantur ignorantiâ ejuſdem.

Probatur tertiò, quòd ſit ſpeculativa: ex Ariſt. & Sco. ci. ac alibi; deinde finis ejus eſt ſola veritas. Nec valet, metaphyſicam

ſicam tranſcendentem eſſe ſpeculativam, non autem de Deo agentem; Contra eſt, quantumcunque naturaliter rerum eſſentiæ indagantur, pura eſt ſpeculatio, imò ſi exurgeret actus amoris in Deum vel ſimilis, hic non eſſet à Metaphyſica niſi remotè ac per accidens, & ſic omnis facultas practicaret. Confirmatur hoc, & tota Concluſio hac vel ſimili definitione: Metaphyſica eſt *habitus per diſcurſum, de rebus abſtractiſſimis, & univerſaliſſimis propter ſolam rerum earundem veritatem acquiſitus.*

Obijcies I. Metaphyſica non eſt aliqua facultas diſtincta à Logica, & Phyſica, ſed confuſa repetitio quorumdam, v. g. principiorum Logicæ, *dici de omni, quæ ſunt eadem uni tertio* &c. hinc etiam Ariſt. plurima de motu: cauſis & alia repetit, & falſò ſupponit ſua principia phyſica, Veteres ſiniſtrè allegat, ut ſe cæteris præferat; Ergò ipſa non eſt ſapientia, ſed chaös verborum ad rem domeſticam nihil conferens, Politicam minùs adjuvans, imò ingenia velùt altera petra Philoſophica perdens. Reſpondeo Negando Antecedens, & Ariſtotelem ſummâ veneratione dignum judico in his ſublimibus; datô etiam, quòd falſò ex Phyſica quædam ſupponat; nemo crediderim fructum ejus percipiet, niſi qui eam bene percipit; aliqui quidem halluci-

nantur,

nantur, quòd & principia talia ſub eadem ratione, qua pertinent, v.g. ad Logicam; huc ſpectare putent; ſed neque hi ſunt ſapientes; veteres Scotiſtæ plùs metaphyſicæ incumbebant, quàm ulli materiæ, modò perſunctoriè & cum tædio traditur ob caliginem mentium humanarum, quæ ad veritatem ſicut nycticorax ad lumen ſolis tendunt.

Inſtabis: etiam aliæ facultates agunt de rebus abſtractis, & omnino falſum eſt, quòd Ariſtoteles inquit, omnes homines appetere ſcire, indicans Metaphyſicam, cùm plurimi eam nauſeent. Reſpondeo: alias facultates agere de rebus abſtractis ſpecificativè. C. reduplicativè ſicut Metaphyſica. N. deinde illæ ordinem dicunt vel ad praxim, vel ſaltem ad materiam phyſicam. Ad aliud dico: illos nauſeantes non eſſe homines, nec mirùm, hinc enim Diogenes quærebat hominem cum appetitu verè rationali; alij dicunt nauſeare appetitu libero. C. naturali. N.

Inſtabis: ſapientia agit de rebus omnibus, ſed non Metaphyſica; Ergò &c. Probatur Minor: aliàs eſſent aliæ facultates ſuperfluæ. Reſpondeo Negando Minorem, & ſequelam; quia illa agit de omnibus ſub ratione communi entis, v.g. de

corpore ùt ens eſt, at quà generabile, eſt ſpeculationis phyſicæ.

Obijcies II. quòd non ſit ſcientia ſpeculativa: Metaphyſicam appellat Philoſophus Theologiam; ſed hæc eſt practica; Ergò &c. Reſpondeo Diſtinguendo Majorem: Theologiam naturalem. C. ſupernaturalem. N. ſic diſtinctâ Min: N. Conſequentiam.

Inſtabis: Theologia ſupernaturalis eſt ſapientia, & tamen practica; Ergò & naturalis, vel Metaphyſica. Reſpondeo Negando paritatem: prima enim eſt propter credere, altera propter ſpeculari. Nec dicas, etiam ex cognitione Dei naturali ſequi actus amoris; jam dixi indirectè & impertinenter ad Metaphyſicam. Si replices: ſupernaturalis directè inclinat ad amorem; dico quòd ad actum amoris liberum, naturalis verò ad ſummum appetitu innatô, qui non eſt praxis, quia non natus elici conformiter rationi rectæ.

Inſtabis: Licèt Metaphyſica non ſit propter opus, nec tamen eſt propter ſeipſam, ſed propter alias ſcientias, quòd practicis convenit; Ergò &c. Reſpondeo Diſtinguendo Antecedens: illa eſt propter alias tanquam medium ordinatum ad illas N. tanquam facultas nobilior & ſuperior. C. ita Sco. in 4. d. 44. q. 2. inſinuat. Si dicas,

cas, l. c. inquit cum Ariſt. quòd fœlicitas hominis conſiſtat in tali ſpeculatione; Ergò ordinatur per ſe, & propriè ad opus morale. Reſpondeo eſſe quoque fœlicitatem theoreticam.

Inſtabis: vel eſt nobilius, eſſe practicum habitum, vel ſpeculativum, quidquid dicitur erit contra; Ergò &c. Probatur Minor: ſi primum, Metaphyſica erit ignobilior Medicâ, & ſimilibus facultatibus, quomodo ergò gloriabitur nomine ſapientiæ? Si ſecundum, ipſa antecellet ſupernaturalem Theologiam. Reſpondeo: ſpeculari in naturalibus præcedere, ſupernaturalis Theologia tamen nobilior eſt ex parte finis, quia ordinatur ad Deo fruendum, & clarè videndum.

QUÆSTIO II.

An Metaphyſica ſit una ſimplex qualitas?

DIco: Metaphyſica eſt una ſimplex qualitas. Ita S. Thomas 1. 2. q. 54. art. 4. contra Scotiſtas quibus RR. permiſcuè adhærent. Senſus quæſtionis eſt iſte, quando per primam demonſtrationem genitus vel acquiſitus eſt habitus ſcientificus, an per ſubſequentes demonſtrationes generetur novus habitus, vel non? ubi dico, acquiri quidem novum habitum ſecundùm

dùm quid, id eſt priorem intendi, ac partes homogeneas accipere, ſpecie autem eſſe eundem habitum, ac proinde qualitatem unam ſimplicem: eadem reſolutio alijs ſcientijs poteſt applicari: loquor autem de Metaphyſica tranſcendente in alio ſenſu de intenſione.

Probatur: habitus ſub una ratione formali attingens omnia objecta ſua, eſt una ſimplex qualitas, ſed habitus Metaphyſicæ tranſcendentis attingit omnia objecta ſua ſub una ratione formali; Ergò &c. Major patet inductione de habitu fidei, de unitate potentiæ viſivæ ſub eodẽ lumine varios colores attingens. Minor Probatur: quia Metaphyſica conſiderat omnia ſub ratione entis.

Confirmatur: numerô quidem diverſum habitum admitto, ſed hic ſimpliciter novus dici nequit, nec ſpecie diverſus eſſe poteſt, cùm ſupponam idem motivum formale; Ergò &c.

Reſpondet Meuriſſe, & negando, quòd in omnibus fidelibus ſit una ſpecie fides, quantùmvis medium ſit unicum. Contra: unitas generica, vel alia fidei poteſt eſſe in fidelibus, & infidelibus, fide humanâ & divinâ. Unde ad minus hanc Doctoris Angelici opinionem probabilem credo.

Reſpondet Virtualiter concluſion. 3. & 4. q.

4. q. 6. prœm. generica remota. C. proxima N. & inquit Metaphyſicam tranſcendentem, utì & omnem aliam ſcientiam totalem eſſe unam per ſe unitate genericâ actuali proximâ. Contra: alij Poncius, Fonſeca fatentur eſſe unam ſpecie fidem, quia unum motivum, imò & illi & Sco. intelligunt non eſſe ſimplicem qualitatem, quatenùs agit de rationibus in particulari formaliter diverſis; deinde una fides ſalvat, an minori unitate quàm ſpecifica?

Obijcies I. principia & actus metaphyſici ſunt ſpecie diverſa, ſed hæc generant ſimilem habitum; Ergò &c. Reſpondeo Diſtinguendo Majorem: actus Metaphyſicæ tranſcendentis. N. Majorem, in quacunque latitudine tranſeat Major & Minor; porrò tranſcendens omnia ſub ratione tertij ſtatûs ſpeculatur.

Inſtabis: quomodocunque ipſa ſumatur, habet objecta, actus, & principia ſpecie diverſa, quia conſiderat quidditates generales, & particulares; Ergò eſt habitus ſpecie diverſus. Reſpondeo Negando Antecedens; Probationem Diſtinguo: ſub ratione motiva generali. C. ſub rationibus formalibus diverſis. N. Probationem.

Inſtabis: etiamſi ſub uno motivo generico ſpeculetur omnia, ex hoc non infer-

tur unitas ſpecifica, ſed generica, quam Sco. & ſui concedunt; deinde adhuc ſucceſſivè acquiritur, & verſatur circa alia objecta. Reſpondeo: me non dicere, quòd tantùm genericè, ſed generaliter ſub ratione entis in tertio ſtatu, ac omnium paſſionum ſub hoc ſtatu meditetur; hinc eſt circa idem objectum formale, diverſa materialia; ſucceſſio portendit habitum ſaltem numerô diverſum, quem concedo.

Inſtabis: ubi ſunt diverſæ difficultates, ibi ſunt diverſa objecta formalia, ſed tales plurimæ occurrunt in Metaphyſica, jam de ente, jam de modis, jam diſtinctionibus &c. Reſpondeo Diſtinguendo Majorem: ſi illæ difficultates non dicant ordinem ad eundem finem. C. ſi ſecus. N. Majorem; ſic diſtinctâ Minore. N. illatum; nam & in Logica, licèt diviſio patiatur aliam difficultatem, quàm definitio, finis tamen docentis eſt forma ſyllogiſticà; Metaphyſicæ verò ſapientiæ tertius ſtatus, & hujus perceptio paſſiva.

Inſtabis: ſaltem non quælibet ſcientia totalis erit unus ſimplex habitus, cùm enim tot concluſiones fiant, quomodo & qualis unitas reſultaret? Reſpondeo Negando Antecedens: nam ſi ſub alio & alio formali fine habitus agat, ſpecie diſtincta facultas reſultat, proùt de meta-phyſica

illi-

illimitata, ac divina dici poſſet; imò hoc patet ex diverſitate facultatum ſubalternarum.

Obijcies II. ſi Metaphyſica, vel alia ſcientia totalis foret ſimplex qualitas, qui unam concluſionem ſciret, habitualiter ſciret omnes, hoc non, ùt patet experientiâ ait Poncius: Ergò &c. Reſpondeo Diſtinguendo Majorem: ſi eſſet una & unitate ſpecificâ, & unitate gradûs. C. ſi intenſivè multiplex. N. Majorem; & retorqueo, calor ùt unus, & ſex gradus advenientes ſecundùm Poncium, & alios Scotiſtas ſunt una ſimplex qualitas; Ergò qui poteſt multùm calefieri à calore ùt ſex, etiam ab uno? imò poſſet dici quod ſciret omnes quoad rationem formalem ſub quà C. materialiter. N. deinde dixi in Logica nullum bene aliquid ſcire, niſi & conſtitutiva & proximè diſtinctiva perfectè ſciat.

Quæri hìc ſolet, an Metaphyſica ſit nobilior alijs? & an ſit ſubordinata & ſubordinans? Dico quoad formam dependere à Dialectica; cæterùm nihil in rigore de ſubordinatione admitti debet, nam principia aliarum remota ſunt concluſiones Metaphyſicæ, quæ omni ſcientiæ præſtat, quæ non æquè ſapientia, vel ſupernaturalis.

QUÆSTIO III.

Quid ſit Objectum Metaphyſicæ?

DIco: Objectum Metaphyſicæ ſtatuendum eſt ens latiſſimè ſumptum, proùt ſub ſe continet omnia entia, tam à parte rei exiſtentia, quàm rationis, tam à parte rei realia, quàm formalia, tam poſitiva, quàm privativa, per ſe, ac per accidens. Ita nonnulli conciliant Ariſtotelem, & alios Veteres contra modernos Philoſophos; quorum aliqui ponunt ens poſitivum abſtractum à Deo & creaturis, à ſubſtantia & accidente; alij ſolam ſubſtantiam; alij ſolum Deum; alij aliter coarctant.

Probatur primò refutando generatim alias opiniones; ante Metaphyſicam nec præſupponitur, *quòd ſit* ens poſitivum, nec *quid ſit*, minùs *quòd* vel *quid ſit* ſubſtantia, Deus, ac reliqua deſcendendo. Confirmatur: omnium horum exiſtentia & eſſentia propriè declaratur in Metaphyſica. Deinde ſpecialiter hanc vel illam opinionem magis magìsque coarctatam impugnari obvium eſt apud Authores.

Reſpondent: non præſupponi *quid ſit* confuſè N. clarè tranſeat, & omninò N. quoad *quòd ſit*. Contra: etſi aliquis ſimilem

lem terminum audiverit explicari per accidens in Logica vel Phyſica, propriè Metaphyſica tenetur probare, *quòd ſit* & *quid ſit* ens poſitivum.

Probatur ſecundò: Metaphyſica eſt de omnibus facultas univerſaliſſima; Ergò debet habere objectum univerſaliſſimum, quale eſt ens latiſſimè ſumptum.

Reſpondent, Diſtinguendo Antecedens: eſt de omnibus de quibus ſcientia haberi poteſt, C. de alijs, v.g. de ente rationis, ente per accidens &c. N. Contra primò: licèt Metaphyſica ſub ratione ſcientiæ de ijs non ageret, tamen quà ſapientia: lege conditiones ubi hæc non excluduntur, imò requiruntur; deinde de ijs poteſt haberi ſcientia, ſi non per aſſenſum, ſaltem per diſſenſum, & ſi non habeant rationem entis poſſibilis, tamen impoſſibilis, quod docebo importare ideam diſtinctam.

Confirmatur: Logica eſt Modus Univerſalis quoad formam, ſed illa forma non tantùm poteſt applicari enti reali poſitivo, ſed etiam latiſſimo; Ergò Metaphyſica præſertim quatenùs ſapientia de ijs agere poteſt, nam Logica ſervit in modo generali, Metaphyſica per principia generalia.

Confirmatur adhuc: Theologia agit de virtutibus, & vitijs; Phyſica de forma & privatione; Ergò à potiori Metaphyſica

de ente hæc omnia comprehendente, imò aliqua facultas de eo poteſt eſſe, non commodior, quàm hæc: Ergò &c.

Reſpondent: Negando paritatem: quia illæ aliæ Facultates de ijs agunt per ſe, Metaphyſica verò per accidens de ente rationis, per accidens &c. Contra: principium petitur, Phyſica de ijs agit per ſe, ſicùt de corruptibili & generabili, licèt corruptio non intendatur à natura ſed concomitetur; item Logica docet Syllogiſmum ſophiſticum, non quaſi per ſe prodeſſet, ſed ut errores evitentur, & tamen pertinent ad ſuas facultates talia per ſe; Ergò &c. imò non tantùm inductione, ſed & maximâ hac convincitur, *contrariorum eadem eſt diſciplina.*

Reſpondent: hoc non ſignificare, quòd contraria ad eandem ſcientiam ſpectent, niſi quando unum eſt neceſſarium ad explicationem alterius, ſed quòd proportio ſit ſervanda in ijs explicandis. Contra: licèt per diſciplinam facultas exprimatur, ſicut nemo ſciet formam explicare ſinè privatione, bonum Syllogiſmum niſi & erroneum, ità imò magis notitia entis rationis ſervit ad explicandum ens à parte rei, præſertim apud Scotiſtas, qui aliud formale actuale, aliud reale admittunt, idem eſt de alijs.

Pro-

Probatur tertiò: conceptus entis his mnibus eſt univocus, & ens aliquod eſſe emo negat, vel ignorat; item de eo poſſınt demonſtrari principia ac paſſiones ſi on per aſſenſum ſaltem ùt dixi diſſenſum: rgò erit objectũ. Declaratur Antecedens: egationes, entia per accidens, &c. verè abent nomen entis, & rem entis ſcilicet ctualitatem, item actualiter ens rationis ſt ens impoſſibile à parte rei, ex quo deuci poteſt, quòd non poſſit creari, nec generari, &c.

Obijcies I. ut aliquid ſit objectum, debet le eo præſupponi *quòd ſit* & *quid ſit*, ac paſiones demonſtrari, imò omnia ad ipſum educi, ſed horum nihil eſt in præſenti; Ergò, &c. Probatur Minor: entia rationis, negationes nihil ſunt, & tantùm habent nomen entis, & concipiuntur ad modum entis, ſicut tenebræ ad modum formæ diffuſæ per aërem: ita Maſtrius & Compendiatores. Reſpondeo Negando Minorem, ad Probationem ex dictis patet; & imprimis falſum eſt, nihil eſſe privationes v.g. cæcitas in homine, nihil quidem poſitivi eſt, ſed tamen aliquid & nomen & rem actualis id eſt entis habet; de ente rationis verſatur illud negando.

Inſtabis: etiamſi hæc illis convenirent, tamen non ſunt unum per ſe, non ſunt ſcibilia,

bilia, non eſt ratio formalis ſub quâ conſiderarentur: Ergò, &c. Nec dicas, valere de ente fortuito, non autem aggregato, nam nec illud habet cauſam determinatam, neceſſariam, qualis ad eſſe objecti requiritur. Reſpondeo Negando Antecedens, & dico: licèt phyſicè non ſint unum per ſe, tamen metaphyſicè, nam ens aggregatum formaliter importat duos conceptus; deinde dico, quòd Metaphyſicæ ſit ſpeciale v.g. non habere principia à priori, ſed à poſteriori, quia eſt de immediatis: ità quòque Sonnenus Scotiſta ſentit; plura ſolves obſervando aliud eſſe res phyſicè, aliud abſtractè conſiderare.

Inſtabis: vel Metaphyſicam pono duplicem partialiter, ità ut una pars ſit de reali, alia de rationis; vel unam quæ conſideret ens ſub aliquo conceptu communi; ſi primum, tollitur unitas, ſi ſecundum, quid præter nomen enti rationis & reali eſt commune? Reſpondeo: totam Metaphyſicam verſari de ente abſtractiſſimo, vel ſaltem ſemper de abſtractis ſuprémis generibus, præſertim tranſcendens, & imprimis enti poſitivo ac privativo eſt communis conceptus entis, vel actualis, imò & hic convenit enti rationis per diſſenſum, quia ipſum eſt impoſſibile à parte rei, quæ propoſitio eſt æternæ veritatis; ex quo ſequitur,

tur, quòd adhuc ſit facultas realis; deinde eſtò hæc evincerent, quod tamen falſum eſt, rationem ſcientiæ cum talibus non ſtare, tamen ſapientia. Cætera quæ quilibet pro ſuo objecto affert, hìc includuntur.

Obijcies II. illud eſt objectum ſcientiæ, à quo ipſa denominatur, ſed Metaphyſica à Deo denominatur Theologia: Ergò Deus erit objectum. Reſpondeo Diſtinguendo Majorem: denominatione ſimpliciter. C. ſecundùm quid. N. ad Minorem dico, ideo Deum dici objectum principale, quòd autem in Theologia ſupernaturali ſit objectum attributionis, nihil concludit, quia tranſcendens Metaphyſica longè univerſalior eſt:

Quæres an Metaphyſica conſideret omnium rerum quidditates? Reſpondeo: quòd prædicata generica & ſpecifica, imò quoſcunque gradus in tertio ſtatu meditetur; quando verò agit de cauſis, de materia phyſica, vel alijs objectis aliarum facultatum, hoc non fit ſub ratione formali illarum, ſed quatenus includunt, vel ſunt gradus tertij ſtatûs, & ſic facilè pro vel contra ſtantes placantur. Explicit Prologus A. D. G.

TRA-

TRACTATUS I.

De ente ſecundùm ſe.

HOc nomen *ens* ſignificat *eſſe*, quod præſcindit ab actuali & poſſibili, reali & rationis ac reliquis; ſi verò ſumatur preſſiùs, indicat exiſtentiam vel actualitatem rei realis; nonnunquam etiam cum eſſentia confunditur, verùm ut ſingula pateant, ſingulas ejus diviſiones, formalitates, proprietates, ac ſtatus generaliter hìc declarabo, quorum cognitio juvabit ad penetranda ſuprema genera, ex quo confirmatur ſolidè, quod de ente latiſſimo agat Metaphyſica, ſit.

DISPUTATIO I.

De Diviſionibus entis.

PRæmiſſâ nominis, & per ipſum rei importatæ cognitione aliquali, ipſum ante omnia dividendum eſt, ut ita diſtinctiùs formalitates unius præ altero cognoſci queant, pro quo ſit.

QUÆ-

QUÆSTIO I.

An ens bene dividatur in Ens ex natura rei, & in Ens rationis?

DIco: ens benè dividitur in reale & rationis. Concluſio hæc habet duplicem ſenſum: primus eſt, quòd ens importet conceptum communem univocum reali & rationis, & hoc eſt contra modernos paucis exceptis, inter quos eſt Bonet. Altera concluſionis interpretatio eſt: quòd detur ens reale & rationis; hæc eſt communior contra nonnullos qui negant dari entia rationis, proùt Coloniæ vidi defendi à P. Alers S. J. pro cujus intelligentia.

Præmittendum eſt, quòd per *reale* intelligam ens independens ab intellectu, per *rationis* verò ſic ab intellectu dependens, quòd nec divinitus abſque ope ejus vel fortè alterius potentiæ exiſtere poſſet: nunc

Probatur in primo ſenſu: datur conceptus univocus communis Deo, & creaturis ùt infrà cum Scotiſtis docebo; Ergò & communis reali ac rationis. Probatur Conſequentia: ratio quam afferunt pro primo, & hic applicari poteſt; Ergò, &c. Probatur Antecedens: intellectus enim poteſt eſſe certus de uno, ſcilicet quòd aliquid v. g. privatio ſit ens, & dubius de duo-

duobus, ſcilicet an ſit ens rationis, vel reale; Ergò conceptus entis his eſt communis. Confirmatur ex Sco. quodl. 3. & in Report. 1. d. 29. ubi eſt problematicus.

Reſpondent Compendiatores Maſtrij: dari conceptum communem confuſum. C. determinatum. N. Contra: certitudo non eſt de conceptu objectivo confuſo, ſed intellectus poteſt eſſe certus, quòd quid ſit ens, &c. Confirmatur: ens eſt univocum poſſibili & impoſſibili, huic aſſentiendo, illud renuendo; Ergò reali & rationis; & declarabitur ultrò, ubi de conceptu entis realis poſitivi.

Probatur & in alio ſenſu præmiſſo: per entia rationis intelliguntur conceptus objectivi, qui nec habent nec poſſunt habere aliud eſſe, quàm illud objectivum v. g. combinatio hircinæ naturæ cum eſſentia cervi, ſed tale ens dari per fictionem intellectûs conſtat experientiâ fingentis; Ergò, &c.

Reſpondent: repugnantiam talis entis objici intellectui. C. ipſum formaliter. N. Contra: non tantùm capio, quòd ſimultas naturæ hirci & cervi repugnet, ſed etiam intelligo combinationem inter has duas naturas, imò combino illas judiciô poſitivô. Confirmatur: vel concipiunt Adverſarij combinationem illam, quam negant poſſibilem? Re-

Reſpondent: ſe concipere ſignatè & negando. C. exercitè ac affirmando. N. Contra: ego quoque aſſevero, quòd talis combinatio ſit impoſſibilis à parte rei, combino tamen eas per intellectum ac ſi eſſent à parte rei, ſicut fingo mihi Deum, ac ſi eſſet corporeus. Confirmatur pulchrè à P. Hermann: eò quòd detur contradictoria hujus propoſitionis *concipio non dari ens rationis* iſta *concipio dari*; & ſi dicas concipio negativè dari, non eſt contradictoria, quia ſignificat concipio non dari, lege Authorem ci.

Obijcies I contra conceptum entis univocum: ſi daretur conceptus entis, ille vel eſſet realis vel rationis, nihil dici poteſt: Ergò, &c. Probatur Minor; ſi realis, fictitio non convenit, ſi rationis neque reali. Reſpondent: alij nec eſſe realem nec rationis, ſed præſcindere velut animal à rationali & irrationali; ſed hoc impugnat Meuriſſe lib. 1. Metaph. q. 2. concl. 2. Maſtrius hìc q. IX. art. 2. & alij fuſiſſimè. Sed Reſpondeo, & expedio me breviter: quòd ſit realis, id eſt gradus à parte rei, qui contrahitur ad reale per aſſenſum, & ad ens rationis per diſſenſum, licèt enim ens rationis non poſſit eſſe à parte rei, impoſſibilitas tamen illius non eſt ens fictitium, &

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

non intelligo, quaſi non daretur ens rationis in intellectu, ſed quia implicat à parte rei. Ita conformiter ad priora, imò ſic plurima evincam, nam docui quòd Metaphyſica, licèt non ageret de exiſtentia entis rationis per ſe, tamen de ejus impoſſibilitate à parte rei, & quomodo poterit ipſum doceri impoſſibile, niſi & declaretur? ubi vides quòd mediâ viâ incedam inter Scotiſtas, pro vel contra defendentes.

Inſtabis: enti ſimpliciter, & enti ſecundùm quid habenti rationem entis nihil eſt commune, ſed primum reali, alterum rationis enti convenit; Ergò, &c. Reſpondent rurſus retorquendo de animali, imò & conceptu entis poſitivi univoco ad Deum & creaturas; ſed fateor non æquè concludere paritates, cùm entia rationis ſint, quaſi homines picti dicerentur animalia, niſi conſideretur eorum impoſſibilitas.

Inſtabis: tali modô enti rationis & reali non dicitur conceptus univocus, ſed poſſibili ac impoſſibili, quod tamen nec verum eſt; quid enim nomine entis ſignificaretur, quod utrique competeret? Reſpondeo Diſtinguendo Aſſumptum: enti rationis quatenus eſt conſiderationis cujuſcunque. C. quatenus ad metaphyſicam pertinet. N. ſicut enim licèt ipſum intellectum actuale illius ſit fictitium, tamen æter-

æternâ veritate dicitur ipſum debere per intellectum fieri, ita & à parte rei implicare. Ad illud, quod additur, dico: *ens* ſignificare eſſe præſcindens, quia eſt hircocervus tam verè à parte rei impoſſibilis, quàm antichriſtus poſſibilis. Nec dicas, concluſionem probatam eſſe, quaſi daretur conceptus in ſenſu aliorum Scotiſtarum, minimè, doceo enim quòd Metaphyſica agat directiſſimè de impoſſibilitate & intelligibilitate entis rationis, adeoque & de ipſo, ſi non per aſſenſum ſaltem diſſenſum; conditionem pono, quia intelligibilitas ejus plùs eſt metaphyſici examinis, quàm privatio, Sophiſma, &c, phyſici vel logici.

Obijcies II. contra alium ſenſum: omne intelligibile eſt reale, atqui ens, quod ſolet vocari rationis, eſt intelligibile; Ergò purum rationis non datur. Probatur Major: omne intelligibile debet prius eſſe, quàm poſſit actu intelligi; Ergò eſt reale. Reſpondeo: & hic applicari poſſe Majori per aſſenſum. C. ſecùs. N. nam quòd ens rationis ſit intelligibile, per intellectum fabricabile, hoc eſt verum à parte rei, ipſius verò actuale intellectum objectivum, quod reſultat, nullô modô.

Inſtabis: nequit dari ens rationis per intellectum; Ergò, &c. Probatur Antecedens:

cedens: *nihil eſt in intellectu niſi in ſenſu*, ſed hoc nullô ſenſu percipi poteſt; Ergò, &c. Reſpondeo Negando Antecedens: & quamvis axioma retorqueri poſſit de Deo, Angelis, formalitatibus, &c. Diſtinguo: niſi in ſenſu vel per quandam ſimilitudinem, vel propriam ſpeciem. C. neceſſariò per ſe, & propriam ſpeciem. N. Ma. ſic Diſtinctâ Minore. N. Conſequentiam.

Inſtabis: ens rationis licèt poſſet figurari ad modum ſenſibilium, tamen nequit eſſe objectum intellectûs, cùm illud ſit ens poſſibile. Reſpondeo: ens poſſibile eſſe objectum motivum, impoſſibile tamen pertinet ad objectum terminativum. Si dicas entia intellectûs dari à parte rei; verum eſt de ijs quæ ſunt & ſubjectivè, & objectivè, entia autem rationis ſunt merè objectivè in intellectu.

QUÆSTIO II.

An Ens benè dividatur in Negativum & Poſitivum?

DIco: quòd ens benè dividatur in Negativum & Poſitivum. Concluſio iſta quoque habet duplicem ſenſum; primus eſt, quòd ens dicat conceptum his membris univocum, ita ſentio contra Maſtrium & plures Scotiſtas; alius eſt, quòd privationes, & negationes dentur à parte rei,

pro-

proindeque nec nihil,nec entia rationis dici debere, & hic ſenſus eſt contra varios RR. imò & noſtrates in ſuis Metaphyſicis ſibi nimiùm contradicentes, at meum eſt aliorum errores non ſequi duntaxat.

Probatur quoad primam declarationem ùt quæſtione præcedenti; imò à fortiori, cùm metaphyſica formalitates iſtas aſſentiendo edoceat; porrò privatio eſt *carentia formæ in ſubjecto apto*; negatio *in ſubjecto non apto* v. g. in homine cæco eſt privatio viſûs, in lapide negatio ejuſdem; jam arguo breviter; verè ſunt à parte rei, aliàs illico dicam in te eſſe privationem intelligentiæ, ſi privatio eſt ideo quia fingitur; Ergò contrahunt rationem entis. Nec obſtat, quòd ſint tantùm entia ſecundùm quid, nam certè plùs differunt finitum & infinitum,ſubſtantia & accidens, licèt conveniant in ratione entis poſitivi univocè, quàm privativum & poſitivum; Ergò licèt deficiat privativum, ſicut finitum vel accidens, tamen habet rationem entis quàm & habet poſitivum. Confirmatur non eſt æquivocum, quia plus quàm ſolum nomen habent, & ſi analogum voces, jam erit univocum imperfectum, quia in Antepræd: hæc confundam, & in præſenti maximè laboro, quòd non ſint entia rationis, undè

Probatur in altero ſenſu: quando Suarez & alij docent privationes eſſe entia rationis, vel intelligunt de ijs conſideratis ad modum poſitivi, vel ſecundùm ſe; & tunc quæro, vel quæſtio eſt de privationibus ſubjectatis in ente reali, vel rationis; quidquid dixerint arguam contra, Ergò &c. Probo & declaro Minorem ſic: angelus vix poteſt intelligi ſaltem materiali modo niſi concipiatur ad modum corporei, qualis tamen nec eſt nec eſſe poteſt, & in ſe tamen non eſt rationis; Ergò etiam licèt privationes ægrè percipiantur niſi ad modum poſitivi, quale nec ſunt, nec eſſe poſſunt, tamen in ſe non ſunt ratione factæ.

Reſpondent: eas eſſe entia rationis, quatenùs ab intellectu conſiderantur, puta per modum poſitivi, cùm aliter percipi non poſſint. Contra ait Poncius, nullum eſſe habent ab intellectu ùt de cæcitate patet, & etiam Angelus nequit concipi pro ſtatu iſto, niſi ad modum corporei, ſed utrumque falſum puto, quòd nec privatio niſi ad modum poſitivi, nec Angelus niſi ad modum corporei concipi poſſit; licèt enim ſic commodiùs declarentur, tamen bene capio quid ſit *poſſe videre*, & ob defectum aliquem organi *non videre*, vel *carere viſu* abſque imaginatione alicujus poſitivi formalis. Deinde licèt illæ negationes,

v. g.

v. g. quæ ſubjectantur in entibus rationis ùt negatio lupi in chimæra &c. ſint entia rationis, non tamen illæ, quæ fundantur in realibus, niſi ùt poſitiva reduplicativè conſiderentur.

Obijcies I. contra primum ſenſum: ratio abſtrahens à poſitivo & privativo, vel eſſet poſitiva, vel privativa, vel aliquid, vel nihil. Reſpondent alij: quòd præciſum abſtrahat, ſit quidem ens, id eſt, aliquid à parte rei utrique & quoad nomen,& quoad rem conveniens; ſed de ſe indifferens ad utrumlibet.

Inſtabis: Ergò aliquid prædicaretur de ente poſitivo, quod de negativo; quodnam illud? non genus,non aliud. Reſpondent facilè: quòd ratio entis omninò dicatur de utroque: non quidem ùt genus ſicùt nec de Deo & creatura, ſed ùt gradus tranſcendens, qui contrahatur per modos, vel differentias in larga ac illimitata ſumptione, & ſic ſolvi hæc & ſimilia poſſe approbat Meldula, ſed videamus quid ipſe.

Obijciat II. non datur tale ens reale negativum; Ergò nequit ens reale ſic dividi. Probatur Antecedens: ens reale, ùt ſic, ex ſuo conceptu formali dicit quid poſitivũ; Ergò implicat in adjecto dicere ens reale negativum. Probatur Antecedens: poſitivum & negativum contradictoriè op-

ponuntur ; Ergò opponuntur non tantùm in ratione poſitivi, & negativi, ſed etiam in ratione entis. Antecedens multipliciter probat: ſed quia argumentum falſa ſupponit. Reſpondeo Diſtinguendo Antecedens: non datur tale ens negativum in ſubjectis realibus. N. extra ſubjecta & in communi, Subdiſtinguo: phyſicè. C. metaphyſicè. N. deinde falſum eſt, quòd ens ùt ſic ſit poſitivum in ſuo conceptu formali: primò enim intelligitur ens; ſecundò rationis & à parte rei; tertiò illud à parte rei in reale & formale, reale in poſitivum & privativum, deinde poſitivum in finitum &c. dividitur, adhuc magis veritati repugnat, quòd privativum & poſitivum contradictoriè opponantur, cùm ijs ſit commune nomen entis & ratio, ſaltem analogicè juxta alios. Tandem ſicut in quæſtione præcedenti receſſi à doctrina communi, non quia non ſufficit reſponſio Authorum noſtræ ſententiæ, ſed quia mea potior eſt, ità & hìc dico illa entia, quæ vocamus negationes, & privationes ſubjectatas in entibus realibus phyſicis, metaphyſicè importare conceptum poſitivum; volo dicere: ſicut irrationalitas importat conceptum objectivum poſitivum, ità & privationes; cùm hoc ſtat, quòd phyſicè maneant, & ſint privationes,

ſicùt

ſicut quòd eſſentia hominis ſit æterna, non facit hominem phyſicè eſſe æternum, & ſic ad omnia argumenta Nego ſuppoſitum: quòd conceptus privationum non ſit poſitivus, ſi metaphyſicè conſiderentur: ſi millies mireris quomodo poſitivus erit, cùm explicitè dicantur, & ſint privationes, ac negationes poſitivi; Reſpondeo, ſicut proprium ùt ſic eſt commune, ità conceptus metaphyſicus ille, quòd aliquid ſit independenter ab intellectu carentia formæ phyſicè loquendo, eſt poſitivus. Nec dicas, conceptum formalem quidem eſſe poſitivum & à parte rei, ſed objectum nequaquam. Contra: quando dico, *ens rationis eſt impoſſibile*, vel *accidens inhæret*, habeo pro conceptu objectivo entia metaphyſica diminuta; Ergò & quando dico, *privatio eſt carentia formæ*. Circa aliam partem quæ objici ſolent conciliabis ex dictis in probatione ejuſdem.

QUÆSTIO III.

An ens benè dividatur in Quantum, & non Quantum?

DIco: ens poſitivum reale benè dividi in Quantum & non Quantum. Ità ſubtilis Sco. cum ſuis contra Thomiſtas ac RR. vide quæſt. quodl. 5. Scoti, & rurſum duplici ſenſu, ſed primus jam ex dictis & di-

cendis eſt obvius, pro alterius informatione

Sciendum eſt primò, multiplicem entis tranſcendentis eſſe diviſionem, priusquam ad ſumma genera deveniatur, quas tali ordine complector. 1. Ens latiſſimè in ens *ex natura rei* & *rationis*. 2. Illud rationis *cum fundamento* & *ſinè fundamento*. 3. Illud verò ens ex natura rei in *reale* & *formale*. 4. Reale in varias claſſes ad metaphyſicam impertinentes. 5. Formale in *poſitivum* & *negativum*. 6. Negativum aliud *in ſubjecto apto* aliud *in non apto*. 7. Poſitivum in *quantum* & *non quantum*. 8. Quantum in *finitum* & *infinitum*, *dependens* & *independens* &c. 9. Finitum in prædicamenta. 10 Hæc in varia genera, & ſpecies ſubalternas, ac denique omnes gradus metaphyſicos, vel conceptus objectivos.

Sciendum eſt ſecundò, quantitatem aliam dici *molis*, aliam *virtutis*; prima eſt, qua corpora extenduntur: de qua in prædicamento quantitatis dicam; alia eſt *virtutis & perfectionis* qua unum ens aliud excedere videtur, ùt inquit Rada, quem gratìs impugnat Maſtrius, volens eſſe ipſam bonitatem entis tranſcendentalem, & hinc etiam aſſignans pro membris hujus diviſionis modos, differentias &c. quæ non ſunt entia in recto, ùt dicemus; licèt enim ſic

ultrò

ultrò evitaretur petitio principij, falſum eſſet, quòd hæc quantitas non conveniret relationibus divinis, unde hæc concluſio eſt dependens à Theologia ſupernaturali. Quibus præmiſſis.

Probatur ex regulis bonæ diviſionis: deinde ſic eas applico, dantur entia quanta, & non quanta; Ergò bona eſt diviſio. Probatur Antecedens, quoad ſecundam partem, de prima libenter concedunt: quantitas virtutis eſt illa, qua unum ens videtur aliud excedere, ſed dantur entia ſinè tali virtute; Ergò &c. Probatur Minor. dantur relationes originis, ùt ſuppono ex theologicis, ſed illæ tali virtute carent, Ergò &c. Probatur Minor: aliàs in una Perſona eſſet perfectio, quæ non foret in alia, quod de Deo Trino in Perſonis, ac Uno in eſſentia dici non poteſt.

Reſpondent varia ad hanc ultimam ſequelam infringenda ubi de Deo Trino; & communiter arguunt Scotum petitionis principij. Contra: Sco. non probat relationes nullam perfectionem dicere, quia datur ens non quantum, ſed conſiderans ſubtiliter Trinitatem colligit debere illas relationes ſinè perfectione eſſe, atque ità dependenter à Theologia inſeruit Quodlibetis diviſionem entis in quantum, & non quantum, quam alius nemo agnovit, nec

fortè

fortè agnoviſſet ſolo naturæ lumine: quòd verò quantitas ſic debeat explicari, & non pro bonitate entis, non obſcurè inſinuat P. Unzowski docens de Deo Trino relationes illas ſaltem perfectionem ſuppoſiti dicere, eò quòd ſint ens.

Objicies: omne ens reale eſt unum, verum, bonum; Ergò nullum datur ens non quantum, vel non bonum, vel non perfectum; Ergò hæc diviſio non eſt recipienda. Antecedens conſtabit ex eo, quòd hæc ſint paſſiones entis. Reſpondeo Diſtinguendo Antecedens: bonitate tranſcendentali. C. bonitate quæ eſt menſura unius ſuper aliud. N. ex quo adhuc liquet membra dividentia non opponi contradictoriè, quia entia non quanta ſunt poſitiva, & perfecta perfectione entis realis.

Inſtabis: omne ens reale eſt bonum bonitate menſurante aliud; Ergò, &c. Probatur Antecedens: omne ens eſt finitum, vel infinitum; Ergò, &c. Reſpondeo Negando Antecedens; Probationem Diſtinguo: omne ens quantum. C. præſcindens, vel in latiori ſignificatione. N. Si dicas, relationes illas in Deo eſſe infinitas. Reſpondeo: quatenus indentificatæ ſunt realiter eſſentiæ. C. formaliter ſecundùm ſe. N. donec in theologicis plura.

Inſtabis: nullum eſt ens aſſignabile, quod

quod non aliud excedat, vel ab alio excedatur; Ergò omne ens eſt quantitate, quæ eſt menſura, ſuper aliud quantum. Probatur Antecedens: ſi rationis affers, exceditur à reali, ſi privativum à poſitivo, ſi relativum ab abſoluto. Reſpondeo Diſtinguendo Antecedens: quod non excedat, vel excedatur comparatum ad alia genera, tranſeat; comparatum ad ſibi ſimilia. N. eſtò enim relationes divinæ ſint perfectiores ente rationis, vel etiam privativô, non tamen eſt meliùs Patri eſſe Patrem, quàm Filio eſſe Filium. Si quæras: an relationes creatæ dicant talem perfectionem? Reſpondeo affirmativè: quia menſurantur penes ſubjecta in quibus nullum abſurdum ſequitur ex diverſitate perfectionum.

DISPUTATIO II.

De conceptu entis Poſitivi.

HActenùs parum cum alijs Scotiſtis tenui, modò cum ijſdem Subtilioris calamum imitabor, & materiam nobiliſſimam de ente poſitivo ex natura rei pertractabo, ſit igitur

QUÆ-

QUÆSTIO I.

An detur conceptus formalis & objectivus entis à parte rei præciſus ab inferioribus?

DIco: datur conceptus formalis & objectivus entis à parte rei perfectè præciſus, & ex natura rei diſtinctus ab inferioribus. Ita Sco. in 1. d. 3. & alibi, at quia concluſio habet varias partes ſolennes, ſic

Declaratur: Dicitur *primò*: quòd ens habeat conceptum formalem unum diſtinctum à conceptu inferiorum v. g. Dei, creaturæ, ſubſtantiæ, &c. & ità ſentiunt Scotiſtæ omnes, & quidem hunc conceptum realiter diſtingui patet, quia eſt diſtincta numerô intellectio; eſt autem contra varios Tho. qui imperfectum vel nullum volunt. Dicitur *ſecundò*: quòd & habeat perfectum conceptum objectivum eúmque à parte rei, ità quoque Scotiſtæ omnes contra Tho. ac RR. quorum licèt aliqui nomen admittunt, in re tamen diſcrepant.

Dicitur *tertiò*: quòd ille conceptus objectivus ſit formaliter Diſtinctus ab inferioribus, non tantùm reſpectu ſubſtantiæ & accidentis, ſed etiam Dei ac creaturæ, & ita ſubtiliores Scotiſtæ ſentiunt ſignatè Poncius hìc concl. 4. Meuriſſe q. 7. concl. 2. Fraſſen

2. Fraſſen & alij contra Maſtrium & ex ipſo Hermann, Sonnenum. Sannig verò noſtram tenet, ſed contradicit ſuæ quæſtioni de abſtractione ab individuis, ſi enim ſemel quis defendat conceptum formalem ſinè objectivo, & hic idem fieri poſſet: P. Maſtrius & ſui ſibi magis contradicunt, dùm docet utrumque conceptum perfectè præſcindere, & tamen non diſtingui formaliter. Ex his patet quàm ineptè Gabriel à S. Vincent. Carmel. dicat: ens non dicere unum conceptum objectivum, teneri ab omnibus Peripateticis teſte Sueſano. Quoad tertiam partem probata manet ex tract. 1. diſp. 4. q. 2. in mea Logica & ex ſolutione difficultatis objiciendæ.

Probatur de conceptu formali, & objectivo ſimul; intellectus certus de uno, dubius de duobus habet conceptum formalem, & objectivum de uno diſtinctum à conceptu formali, & objectivo illorum duorum, ſed intellectus eſt certus quòd, & quid ſit ens in Deo, creatura, ſubſtantia & accidente, dubius verò, quid ſit ratio inferiorum, imò ſœpè aliquid patet eſſe ens, & ſummè dubitatur an tale vel tale, Ergò, &c. Major conſtat: quia intellectio certa, & dubia diſtinguuntur, & etiam objectum intellectionis dubiæ & certæ; Mi-

nor

nor quoque,Ergò. Exemplifico: ſcio,quòd lignum ſit ens, dubito an ſenſibile, vel Ariſtotelicum, ſcio quòd relationes originis ſint entia, dubito an quanta vel non quanta.

Reſpondent Diſtinguendo Majorem: ità ut conceptus certus ſit ſimpliciter diſtinctus à dubio. N. ità ut per eum clariùs exprimatur. C. ità Complutenſes. Contra: formalis eſt ſimpliciter & realiter diſtinctus, quia ſeparari poteſt; objectivus ſaltem formaliter; tum quia eſt à parte rei; tum quia illi convenit alia deſcriptio,quàm rationi finitatis, vel infinitatis; tum per omnia media adhibenda pro formali diſtinctione.

Reſpondent retorquendo argumentum: poſſum eſſe certus quòd canis ſe moveat, & tamen dubius an canis terreſtris, vel marinus, & tamen conceptus canis non eſt univocus. Contra: hic adhuc non quæro, an ens ſit univocum, ſed hoc proximè docebo; deinde utroque caſu ſunt conceptus formales diſtiſtincti numericè. Confirmatur: independenter ab omni intellectu aliud eſt eſſe ens, aliud eſt eſſe ens finitum, aliud ens infinitum, aliud ens per ſe & in alio; Ergò ens ab his præſcindit à parte rei.

Reſpondent: quòd præſcindat formaliter.

liter. C. objectivè N. alij ſic : præſcindit objectivè imperfectè inadæquatè , & ſecundùm noſtrum concipiendi modum. C. perfectè. N. imò quod turpius eſt, Maſtriani dicunt, præſcindere perfectè cum fundamento in re reſpectu Dei & creaturæ. C. actualiter ex natura rei velut formalitas diſtincta. N. Contra hos & illos ſic arguo: Deus & creatura , ſubſtantia & accidens conveniunt in ratione entis actualiter & perfectè, diſconveniunt in ratione talis ; Ergò &c. Antecedens eſt clarum : quia non ſunt ens , quia fingis, aliàs fingam te non eſſe prudentem.

Reſpondent: quòd conveniant analogicè, & per quandam ſimilitudinem. C. univocè. N. ſed præterquam hoc impugnabo q. 2. hæc non eſt proportio metaphorica, ſed ſimilitudo quoad nomen , & quoad formalitatem verè metaphyſicam, id eſt rationem entis.

Reſpondent: quòd correſpondeat conceptus objectivus inadæquatus confuſus unus unitate extrinſecâ. C. adæquatus & implicitè inferiora non continens. N. Contra replicat Maſtrius plurima ; ſed in vanum, niſi diſtinguat rationem entis actu à parte rei ab inferioribus, quo ſuppoſitô facilè hæc omnia comprimes, ſic arguendo:

D vel

vel ſupponunt conceptum objectivum realem ſimpliciter à Scoto intendi, & hoc non, vel quòd nulla intellectio poſſit verſari circa unam formalitatem, quin & circa alteram ejuſdem entitatis phyſicæ, & hoc falſum oſtendit definitio entis, animalitatis &c. imò hæc omnia fundantur in diſtinctione ſcotiſtica, unde iterum miror illos Scotiſtas hìc ita hallucinatos eſſe.

Confirmatur: ens præciſum eſt objectum intellectûs creati; ubi adverto, ſi præciſio objectiva tantùm fundamentalis eſſet, cur non ab ente poſitivo & negativo potiùs præſcindunt illi pſeudoſcotiſtæ inadæquatè, quàm ab individuis? deinde alius eſt conceptus ſubjecti & prædicati *Deus* eſt *ens*, aliàs eſſet propoſitio identica; ens habet diſtinctas paſſiones ab inferioribus reduplicativè ſumptis. Vel ens ſignificat à parte rei finitum, vel infinitum, vel ſubſtantiam, vel accidens? quidquid dixerint repugnat, quia mox oppoſito addam; tandem quæſtio: *an ſit ens* & *quale* à parte rei differunt, & talia plura.

Reſpondent Rodiron, Soncinas & alij: conceptum entis eſſe alium ab inferiorum conceptu aleitate disjunctionis. C. aleitate præciſionis N. & ſimilia, quæ nemo oppugnare poteſt fundatè, niſi admittat diſtinctionem à parte rei inter ens & inferiora,

ra, imò Suarez tom. 1. Metap. diſp. 2. ſect. 3. n. 16. idem inſinuat, dum convenientiam in ratione entis rationis putat. Contra quem arguo ùt ſuprà: non ideo Deus eſt ens, quia P. Suarez vel alius hoc cogitat, nec creatura ideo eſt ens; Ergò convenientia illa non eſt rationis, ſed à parte rei, idem eſt de diſconvenientia; Ergò eſt aleitas præciſionis.

Obijcies I. contra conceptum formalem: ex unitate rei repræſentatæ ſumitur unitas repræſentantis, vel formalis, ſed res repræſentata non eſt una, quia ens ùt ens eſt commune; Ergò &c. Reſpondeo Negando Minorem, & Probationis Conſequentiam: nam & animalitas eſt communis, & tamen una formaliter.

Inſtabis: vel ille conceptus eſſet realis & realiter, vel formaliter diſtinctus à conceptu formali inferiorum, nihil dici poteſt; Ergò &c. Probatur Minor: non primum, quia ſumit unitatem ab objectivo; nec ſecundum, quia omnis intellectio eſt qualitas realiter ab alia ſimili diſtincta. Reſpondeo: eſſe realem & realiter diſtinctum, & ſimilem objectivo in repræſentando. C. in eſſendo, vel in ordine ad diſtinctionem. N.

Obijcies II. contra unitatem conceptus objectivi; conceptus entis non eſt diſtinctus à conceptu inferiorum; Ergò nec à

parte rei præciſus. Probatur Antecedens: illud diſtinctum contraheretur ab inferioribus ſi non ùt genus, ſaltem ùt gradus tranſcendens; Ergô nequit eſſe hujuſmodi diſtinctum. Probatur Conſequentia: vel illud, per quod contraheretur, eſſet ens, vel non eſſet ens, quidquid dictum fuerit ſic impugnatur: ſi ens eſt; Ergò ens contrahitur ad ens; ſi non eſt ens, Ergò ens per nihil contrahitur. Reſpondetur quòd contrahatur per aliquid, quod eſt ens in obliquo, non in recto, utì dicetur q. 3.

Inſtabis: vel illa ratio eſſet abſoluta, vel relativa, vel præſcindens, nihil dici poteſt; Ergò &c. non tertium, quia intellectus nihil poteſt percipere, niſi in ordine ad ſe vel ad aliud; ſi unum ex primis, jam erit genus. Reſpondeo: quòd præſcindat; Probatio valet de concretis, non de abſtractis.

Inſtabis: ens nequit eſſe abſtractum, cùm ſit tranſcendens omnia abſtracta. Reſpondeo Negando Aſſumptum: tranſcendit quidem omnia genera. C. etiam abſtracta. N. nam & ipſum eſt abſtractiſſimum. Si dicas: nequit dari realitas entis. Reſpondeo: contrahibilis per differentias. C. per modos intrinſecos. N. ùt adhuc ſequetur, nam differentia, & genus faciunt compo-

poſitionem, velut actus & potentia, non autem ens & modus.

Inſtabis: vel illa ratio præciſa eſſet Deus, vel creatura, vel idea Platonis, vel genus, vel aliud, nihil ex his erit rationabile dictu. Reſpondeo: quòd ſit gradus metaphyſicus tranſcendens prior ipſo Deô objectivè, non ſubjectivè, qui nec eſt genus, cùm hoc non debeat eſſe nimis commune, ſed ratio limitata, & ſic Sco. in 1. d. 8. ait: Deum & creaturam eſſe primò diverſa, cùm non conveniant in realitate generica.

Inſtabis: nullus gradus communis poteſt eſſe tranſcendens, aliàs eſſet communis natura definibilis prior ipſo Deô &c. contra Ariſtotelis Metaphyſicam. Reſpondeo: hæc omnia concedendo, ſenſu jam ſupra declaratô, ſcilicet non poſſe definiri per genus & differentiam, ſed modô ſpeciali, quia ex natura ſua tranſcendit omnia.

Inſtabis: ratio Scoti adducta ſaltem non valet, quia poſſum eſſe certus quòd aliquid ſit ſingulare, & tamen dubius an hoc vel illud, nec tamen ab individuis abſtrahi poteſt, Ergò &c. Reſpondeo Negando Minorem: ſi enim cognoſcam, quòd aliquid ſit Petrus, jam ſcio, quòd non ſit Paulus, Petreitas, autem & ſingularitas Petri non diſtinguuntur ùt ratio entis & inferiorum.

QUÆSTIO II.

An ens ſit univocum reſpectu DEI *& creaturæ, ſubſtantiæ & accidentis?*

DIco: ens eſt univocum reſpectu Dei, & creaturæ, ſubſtantiæ & accidentis. Ita Sco. l. c. cum ſuis communiter teſte Goudin & Arriaga contra Thomiſtas, & varios RR.

Probatur Primò: univoca ſunt quorum nomen eſt idem, & ratio importata per nomen eſt eadem, ſed Deus, creatura, ſubſtantia, & accidens non tantùm habent nomen, quòd ſint ens, ſed etiam verè à parte rei ſunt ens, Ergò &c.

Reſpondent Diſtinguendo Minorem: ſunt ens realiter & diſſimile. C. formaliter præciſum & perfectè ſimile. N. Contra: non minùs eſt verum dicere quòd *Deus ſit ens, creatura ſit ens* &c. reliquis paribus, quàm quòd *homo ſit animal*, & *brutum ſit animal*, & tamen realiter homo & brutum non ſunt ſimilia, ſed conveniunt in ratione animalis præciſa; Ergò Deus & creatura conveniunt poſitivè in ratione entis diſtincta ab inferioribus. Confirmatur: ens eſt medium demonſtrationis, & habet paſſiones; Ergò univocum dici debet; declaratur: omne ens eſt unum, omnis creatura eſt ens; Ergò unum.

Pro-

Probatur Secundò: ens non eſt æquivocum, & licèt analogum foret, cum tali analogia ſtat univocatio; Ergò &c. Probatur Antecedens primò: quòd non ſit æquivocum, ab inductione: quia plùs conveniunt membra aſſignata quàm canis terreſtris & ſtella, homo pictus & verus, ac cætera æquivoca, deinde nulla harum propoſitionum eſt vera: *Deus tantùm habet nomen entis, creatura tantùm habet nomen entis*; Ergò ambo habent & nomen, & rationem entis. Ita ſentit. Ariſt. 7. Metaph. 2. met.

Reſpondent Recentiores: eſſe univocum improprium. C. proprium N. Meuriſſe verò, Maſtrius & Compendiatores dicunt eſſe univocum analogum, id eſt univocatione in infimo gradu, & analogum analogiâ attributionis, id eſt, quòd unum dicit ordinem ad aliud. Contra ponentes analogiam inæqualitatis quæ fit, quando unum perfectiùs participat illam rationem communem, v. g. calidum ùt ſex, reſpectu calidi ùt duo; ſed præſcindendo ab authoritatibus fortè nec una, nec altera analogia admittenda eſt, non inæqualitatis, quia hæc non cadit ſuper terminum ſubſtantialem vel tranſcendentalem, ſed ſuper minùs & magis recipientia; nec analogia attributionis, quia quòd creatura ſit ens, eſt æquè

propoſitio æternæ veritatis, ac hæc: *Deus eſt ens*. Nec dicas, falſum eſſe, quia creatura eſt ens dependens à Deo contingens, Deus verò independens & neceſſarium, Contra: hoc eſt loqui de creaturis phyſicè, non metaphyſicè, unde non eſt ita univocatio phyſica ſed tranſcendens, cæterùm volens cum univocatione quam præciſè probavi, analogiam, conſulat Authores ci: & Faventinum in Philoſophia naturali theorem. 88. & alijs cap. unico.

Obijcies I. ens finitum & infinitum, dependens & independens, contingens & neceſſarium, non conveniunt in ullo univocè, ſed talia ſunt creatura & Deus; Ergò &c. Probatur Major: illa non conveniunt univocè quorum unum ſubordinatur alteri, ſed finitum ſubordinatur infinito; Ergò &c. Reſpondeo Negando primam Majorem, alteram Diſtinguo: in illa ratione, qua ſubordinantur. C. in alia ratione qua non ſubordinantur. N. Majorem, ſic Diſtinguo Conſequens & Nego Conſequentiam.

Inſtabis: ens creatum & finitum non tantùm ſubordinatur Deo in ratione finiti, ſed etiam in ratione entis; Ergò in nulla ratione convenit univocè cum Deo. Alij ex noſtris hoc Antecedens temerè nimis negant, præſtat ſic diſtinguere: ſubordinatur

tur in ratione entis phyſicè. C. in ratione entis metaphyſicè. N. hinc dixi, non eſſe univocum phyſicum, ſed logicum vide Antonium Andream 4. Metap. q. 1.

Inſtabis: nec ens eſt univocum logicum reſpectu Dei & creaturæ. Probatur: illis quæ ſunt totaliter ſub extremis contradictionis nihil eſt univocum, ſed; Ergò. Reſpondeo Negando Minorem: nam inquit Sco. ad hoc argumentum Henrici, Deus nec eſt ſola negatio dependentiæ, nec creatura eſt negatio ſola independentiæ: vel Diſtinguo Majorem: quæ ſunt totaliter, ſi comprehendas & prædicata communia & diſtinctiva. C. ſi ſola diſtinctiva. N. Majorem, ſic Diſtinguo Minorem, & plura alia: ſic etiam dic eſſe diverſa.

Inſtabis: eſto ens ſit terminus communis Deo & creaturæ, nec tamen æquivocus, nec univocus cenſeri debet, ſed analogus. Probatur: quando effectus non adæquat cauſam, nomen utrique commune non eſt univocum, ſed creatura eſt effectus, Deus cauſa, quam non adæquat effectus; Ergò, &c. Reſpondeo Diſtinguendo Minorem: creatura phyſicè conſiderata eſt effectus. C. metaphyſicè & ſub ratione entis. N. & per talia infertur negatio univocationis phyſicæ. Si dicas: Ergò erit neceſſaria, æterna, hoc de eſſe ideali

omninò teneo & teneri debet. Si dicas, ſequi Deum & creaturam eſſe ſimilia, in ratione entis. C. in alia. N.

Obijcies II. ſi ens eſſet univocum his membris foret genus, poſſet definiri, imò & ſubſtantia cum accidente, Deus & creatura convenirent in illa definitione, contra Ariſt. 8. Metaph. Reſpondeo Negando ſequelas, & dico, genus ſignificare formalitatem componentem, id eſt limitatam ac imperfectam, quod tranſcendenti non convenit, deinde nec definiri propriè, ſed intelligi ùt conceptum communiſſimum objectivum.

Inſtabis: hæc ſunt verba, ſicut enim animal eſt genus & definibile, licèt ſit formalitas, ità & ens licèt conceptus objectivus ſit, poſitâ prædicatione univocâ & univocè, ſequelæ tenebunt æqualiter. Reſpondeo eſſe verba ſubtiliter metaphyſicam exponentis, & benè conſequentiam ac paritatem negantis, nam nec genus, nec definibile eſt, non quia formalitas eſt, ſed quia *tranſcendens* eſt, cum alijs habet, quòd ſit communis univocè, at quòd tranſcendat finitum, infinitum, quantum, &c. quia tale eſt, ex natura ſua habet, hinc nec Deus nec creatura dicuntur indifferentia ad ens, ſed abſolutè ijs competit.

Obijcies III. ens eſt propriè analogum, tùm

tum quia priùs de Deo dicitur; tum quia non eodem modô convenit ùt decem prædicamenta ſuis inferioribus; tum quia nullum univocatum definitur per aliud, ùt accidens per ſubſtantiam: tum quia Deus abſolutè dicitur ens Exod. c. 3. *Ego ſum qui ſum.* Reſpondent alij Scotiſtæ, quòd ſit analogum analogiâ attributionis, quæ compatitur univocationem. C. aliter. N. ſed hoc tranſeat, cùm Tho. velint eſſe analogum nullo modò univocum. Reſpondeo ad ſingula: priùs dici de Deo ſubjectivè & phyſicè, non objectivè: deinde eodem modô ùt prædicamenta dici, præter rationes formalitati vel gradui quà *tranſcendenti* repugnantes: accidens tertiò definitur ſic in ratione accidentis. Et Deus dicitur ens & phyſicè, & metaphyſicè neceſſarium ens, adeóque per antonomaſiam.

QUÆSTIO III.

De quibus ens prædicetur?

DIco: ens non prædicatur formaliter de modis intrinſecis, differentijs, ac paſſionibus. Ita ſubtilis Sco. cum ſuis 1. c. q. 3. contra Thomiſtas, RR. & Nominales, ex quibus tamen illi deberent aſſentire qui præciſiónes objectivas admittunt.

Probatur primò: vel differentiæ, modi, &c. includerent aliquid præter rationem

Reſpondent aliqui: ens non prædicari de modis ac differentijs *in quid* C. *in quale*. N. & hinc vocant hæc membra entia qualificativa, ita nuper tradidit Lalemandet & alij quondam. Contra: vel per illud ens *quale* intelligunt rationem entis poſitivi, quæ eſt gradus univocus, vel aliud; ſi ſecundum, non eſt cum ipſis diſputatio, & quid amabo illud? ſi primum, vel eam includunt quidditativè, vel non; ſi ſecundum, coincidemus; ſi primum, arguam ùt ſupra.

Reſpondent alij: non prædicari de differentijs ultimis. C. non prædicari de non ultimis. N. Contra; nec prædicatur de non ultimis, v. g. rationalitate, niſi ſupponat pro differentia phyſica, v. g. anima rationali, nam illa quæ phyſicè ſunt incompleta, metaphyſicè poſſunt habere rationem totius, materia enim ens foret & actû entitativum haberet.

Obijcies: illud eſt formaliter ens cui convenit definitio entis, ſed hæc convenit differentijs, modis, &c. Ergò ſunt formaliter entia. Probatur Minor: illæ differentiæ neque ſunt nihil, neque negationes, ſed habent actualitatem poſitivam; Ergò, &c. Reſpondeo Negando Minorem; Probationem Diſtinguo: non ſunt nihil, id eſt, ſunt aliquid in obliquo, vel determina-

na-

nativum gradus ſuperioris. C. id eſt ſunt entia in recto & formaliter. N. ità communiter.

Inſtabis: modi ſunt determinativi entis & differentiæ contrahunt genus; Ergò ſunt entia in recto. Probatur Conſequentia: per *ens in recto* intelligitur aliquid habens rationem metaphyſicam actualis poſitivi, ſed hæc ratio convenit determinativo vel contrahenti; Ergò, &c. Probatur Minor: quomodo poteſt intelligi quòd contrahat, ſi non exiſtat. Reſpondeo Negando Conſequentiam, & Probationis Minorem, & dico, hoc intelligi, eò quòd ſint entia identicè & realiter, id eſt aliquid entis, ſed ſi nihil addatur vix ſolves, hinc

Inſtabis: quomodo genus dicitur ens ità & differentia, non enim melior eſt prædicatio hæc: *genus eſt ens*, ità & *differentia eſt ens*, vel *animal eſt ens*, *animalitas eſt ens*, *rationale*, *rationalitas*. Reſpondeo: hæc eſſe argumenta, ſicut illa *Petrus eſt individuum*, *Paulus eſt individuum*, ſicut *homo eſt animal*, *brutum eſt animal*, & tamen priores propoſitiones non inferunt rationem communem in Petro & Paulo, ſaltem non à parte rei ùt fatentur alij, nec per intellectum ùti in Logica doceo de individuo; benè poſteriores; ità licèt de gradibus communibus in abſtracto permittatur prædicatio en-

entis, non de gradibus contrahentibus. Et ſi quæras, cur de his non de illis? Reſpondeo ſicut ab individuis nequit abſtrahi ratio communis, eò quòd ſint ratio *qua* commune fit incommunicabile, ità nec ens poteſt includi in differentijs, quia illæ ſunt rationes differendi, & quando devenitur ad quæſtiones ſimiles, ultima ratio eſt, quia individuum eſt talis naturæ, differentia verò, modus, &c. talis: ex quo videbis quomodo multi Scotiſtæ ſibi contradicant, neque enim omne opus longum, neque omne opus breve æſtimandum eſt, ſed quod ſinè fuco veritatem impartialiter annotat.

Inſtabis: ſunt aliquid, exiſtunt à parte rei, non eſt medium inter ens, & nihil, &c. ſynonimè; Ergò ſunt ens. Reſpondetur ùt ſupra: ſunt aliquid in obliquo. C. & ens in obliquo eſſe medium inter nihil & ens in recto, imò Poncius inquit, quòd ipſis conveniat ratio formalis entis, ſed non ex ratione formali differentiarum, at hoc periculoſum eſt, niſi putet quòd identicè hæc ipſis conveniat, & formaliter conveniret, niſi ex ratione ſpeciali differentiarum repugnaret, ſicut ego dixi, & docui utique individuum poſſe abſtrahi, niſi ex ſpeciali ratione individui implicaret. hac doctrinâ ſemel obſervatâ & cavendo nè contradi-

ctoria

ctoria incomplexa, id eſt cum ſyncategoremate admittuntur facilè victor eris.

DISPUTATIO III.

De Proprietatibus entis, & Modis intrinſecis.

SEquitur ut agam de proprietatibus entis, quarum potiſſimas ac primas hìc examinabo, additurus quòd, & quid ſint modi intrinſeci, ut dignoſcatur quomodo ens non ſit genus vel univerſale.

QUÆSTIO I.

Quot, & quænam ſint proprietates entis, & quomodo diſtinguantur?

DIco: dantur tres primariæ paſſiones vel proprietates entis, ſcilicet unitas, veritas, bonitas, inter ſe & ab ente formaliter diſtinctæ. Concluſio habet duas partes, quarum Prima de numero & aſſignatione proprietatum communis eſt in omni ſchola reali, licèt alij Platonicis, alij Vaſquezio imponant, quòd dixerint *unum* latius patere quàm ens, vel quòd *unum* ſit paſſio ſub disjunctione, ità ut omne ens vel ſit unum, vel multa: altera pars concluſionis de diſtinctione formali eſt Scoti, & ſuorum, contra Tho. & RR. uti ge-

neraliter de gradibus metaphyſicis diſp. ſequenti.

Explicatur: per unitatem intelligitur ratio excludens pluralitatem, at quia hoc multipliciter fieri poteſt, unitas alia eſt per ſe, alia per accidens, utraque multifariam ſubdividenda, ut ritè pateat, quænam unitas ſit tranſcendentalis ac incomplexa & paſſio entis. *Unitas per ſe* optimè dicitur illa, quæ importat unicam eſſentiam in indiviſibili reali conſiſtentem, & hæc alia eſt *ſimplicitatis*, alia *compoſitionis*; *prior* eſt ubi non ſunt partes phyſicæ ſed metaphyſicæ, quæ ſunt realiter idem, & hæc reperitur in ſubſtantijs ſpiritualibus creatis v. g. angelis; poſterior eſt in habente partes phyſicas ex quibus non reſultat tertium, ipſæ tamen ſimul in recto ſumptæ ſunt unum compoſitum, v. g. ex corpore & anima componitur homo, qui eſt unum per ſe *unitate compoſitionis*, id eſt, licèt ſeorſim ſint eſſentiæ, una tamen fiunt eò quòd una ſit ſubſtantialiter actus, altera potentia: *ſimplicitatis unitas* alia eſt ſinè compoſitione metaphyſica ùt in Deo, alia cũ compoſitione ùt in creatis ſubſtantijs ſpiritualibus; unitas verò compoſitionis phyſicæ per ſe alia eſt partium eſſentialium, alia integralium, alia punctorum in continuo; quarum poſterior ſemper eſt minor, ità ut ex di-

dictis illa in Deo ſit maxima, eſtò detur alia major ſcilicet irreſolubilitatis in diſtinctos conceptus objectivos. *Unitas verò per accidens* quæ diverſitatem eſſentiarum importat, vel ſaltem non realiter indiviſibilem naturam patitur, alia eſt *ſubjecti affecti accidente* v.g. Petrus Logicus, vel accidentibus v.g. lac album & dulce; alia *aggregationis variorum corporum* v.g. acervus lapidum; alia *ordinis*; quando talia corpora non quomodocunque ſunt aggregata, ſed unum cenſeatur prius, alterum poſterius v. g. exercitus, quo facilè aliæ unitates reducuntur, quæ ſunt per accidens; ſicut ad illam per ſe, ac membra ſubdiviſa ſuprà explicata ſpectant *unitas totalitatis*, *univerſalitatis*, *ſingularitatis*, *&c.* Et ſi quæras, quænam unitas ſit paſſio? dico unitatem præſcindentem ab unitate per ſe, & per accidens quæ eſt *ratio objectiva irreſolubilis excludens pluralitatem*, nam ſicut ens communius objectum eſt, ità & unitas correſpondens, maximè cùm unitas per accidens cum ſuis membris huc propriè ſpectet; nec valet dicere, quòd unitas per accidens foret paſſio entis, hoc falſum eſt, quia illa unitas præſcindit, imò aliæ unitates omnes ſunt reſolubiles in alios conceptus, ùt unitas per ſe, vel nimis depreſſæ ùt illa ſingularitatis, &c. cujus oppoſitum per

 va-

varios dicendi modos eſt intricatius quàm utile, unde jubet hìc Plato prudens quietem.

Per Veritatem non intelligitur veritas repræſentativa in intellectu circa objectum, qualis eſt in propoſitione formali, ſed ſumitur pro eo, quod unumquodque ens natum eſt manifeſtare ſeipſum (ubi vides & entia rationis per diſſenſum ſe ſic manifeſtare, quòd enim ipſum ſit à parte rei impoſſibile, eſt æquè verum, quàm quòd formalitas ſit quid metaphyſici, ſenſibile quid phyſici) Nec valet dicere, eſſe in rebus duntaxat veritatem fundamentalem. Contra: ſicut formaliter aliquid eſt ens, ità & manifeſtativum ſui, Ergò ſubjectivè & non tantùm radicaliter ens eſt verum.

Per bonitatem non ſumitur hìc moralis perfectio, ſed formalitas, quam alij explicant per integritatem ſolius eſſentiæ; alij & eſſentiæ & accidentium; alij per ordinem ac relationem convenientiæ ad appetitum, vel etiam ad aliam rem bonam, alij aliter, ſed vix unquam benè, niſi dicendo quòd ſit ratio motiva ad ſui appretiationem, vel æſtimationem; ſicut enim bonum morale dicitur illud quod laude dignum præter bonitatem fundamentalem, quæ eſt hujus ratio, ità ad eſſe entis unius, veri, ſe-

ſequitur quòd ſit æſtimandum, quæ ratiò motiva eſt bonitas tranſcendentalis.

His proprietatibus ſi immorarer longiùs adderem quartam *Æternitatem*, quæ omni enti metaphyſicè conſiderato convenit, & pullulat æquè ac aliæ, ex eo enim quòd aliquid ſit ens & unum, verum, bonum, æternum tale eſt, ubi benè pondera *metaphyſicè* nè temerè errorem putes. his declaratis

Probatur univerſim prima pars: tum quia conveniunt omni, ſoli & ſemper enti; Ergò ſunt propriæ paſſiones. Confirmatur de ſingulis ſeorſim: eô ipsô quo quid ens eſt, non ſunt entia; Ergò eô ipsô pullulat unitas quædam præſcindens an per ſe vel per accidens, cùm ſit irreſolubilis; deinde quod eſt ens & nnum, poteſt tale agnoſci, ac proinde tale æſtimari, & amari, vel appeti; Ergò eſt verum & bonum. Nec dicas, eſſe fundamenta ibi concipiendi tales gradus. Contra: omnis ratio objectiva independens ab ope intellectûs eſt actualis à pare rei & actualiter diſtincta, vide diſput. ſequentem, ubi & altera pars probata manebit.

Objicies: unum & multa dividunt ens; Ergò unitas nequit eſſe paſſio, cùm non conveniat omni: ad hoc ſunt varij modi dicendi, ſed breviter Reſpondeo: divi-

dunt ens tranſcendens. N. aliud contractum ſive finitum ſive prædicamentale tranſeat, nam iſta diviſio non eſt ex primis.

Inſtabis: unitas non convenit ſoli enti, imò nec bonitas & veritas, quia etiam modis & differentijs competunt. Reſpondeo: ſicut modi ſunt entia, ità & bona, &c. Si dicas, ſequi, quòd unum tantùm ſit ens, quod contra Parmenidem negant Philoſophi. Reſpondetur: illum voluiſſe omnia eſſe unum ens, at in eo ſenſu quo hìc traditur, vera eſt propoſitio, quòd nihil ſit ens, niſi & unum proportione ſervatâ.

Inſtabis: multa ſunt entia & non unum; Ergò habent rationem entis ſœpè, & non unitatem. Reſpondeo & illa multa habitura ſœpè rationem unius præſcindentis contractam ad unitatem aliquam per accidens. Si verò dicas, quando pars tollitur à toto, accipit novam unitatem & non entitatem. Reſpondeo: quòd ſicut de novo induat rationem entis non ſimpliciter, ſed totius, ità & unitatem totius ſortitur.

Inſtabis: ſaltem veritas & bonitas non ſunt propriæ paſſiones, vel ad ſummum indiſtinctæ; tum quia eſſent entia diſtincta ab ente; tum quia ens ſe ſolo eſt bonum & verum plus nihilo, nec eſt falſitas in rebus niſi per intellectum, imò ſicut ſinè ope

in-

intellectûs dico: *ens non eſt nihil*, ità falſum eſt: *ens eſt nihil*, & ſic quoque ratio falſitatis obijcitur. Reſpondeo: ad primum patere ex dictis; ſecundum admitto in ſenſu reali, tertium nego, nam falſum eſt hominem eſſe lapidem, ſed proinde falſitas non eſt ratio objectiva diſtincta, ſed explicans veritatem ampliùs. Si dicas, ſolus Deus eſt bonus ab intrinſeco, vitia non ſunt bona, &c. non loqueris de bonitate tranſcendentali.

QUÆSTIO II.

Quid ſint, vel quid importent proprietates entis?

DIco: proprietates entis ſunt formalitates poſitivæ: per negationem circumſcribi ſolitæ. Ita Sco. 4. Metaph. q. 2. & alibi cum ſuis, contra extraneos, qui vel importari ſolam negationem putant, vel ſi in poſitivo eas conſtituant, ipſum poſitivum actualiter non diſtinguunt ex natura rei à ratione entis.

Probatur Primò: quod importat perfectionem ſimpliciter & ſuſcipit magis & minùs, illud formaliter eſt poſitivum, ſed paſſiones entis important talem perfectioné; Ergò &c. Probari ſolet Minor: illud eſt perfectio ſimpliciter quod *eſt melius ipſum, quàm non ipſum* ex Anſelmo. 3. Monol. ſed

unitas eſt melior in omni ente, item bonitas & veritas; Ergò &c. Sed hæc ratio contradicit doctrinæ Scoti de diviſione entis in quantum & non quantum; ſi enim ens reale ùt ſic habeat illas paſſiones velut perfectiones ſimpliciter ſimplices, ſicut ratio entis, ità & paſſiones convenirent membris diviſis quanto & non quanto.

Reſponderi poſſet ex P. Unzowski doctrinâ Theologicâ: paſſiones eſſe perfectiones ſecundùm quid, vel modales, ſed videtur obſtare, quòd melior ſit, v.g. bonitas quàm falſitas, id eſt oppoſitum incompoſſibile prout ſolet explicari definitio Anſelmi. Contra tamen: ut ſit aliquid perfectio ſimpliciter ſimplex, requiritur, ut ſit melius ipſum *quàm non ipſum*, id eſt, quàm oppoſitum *poſitivum incompoſſibile*, quod de unitate non ſequitur, nec de reliquis, eſtò ſint melius quàm negatio, erunt ergò perfectiones ſecundùm quid ad ſummum, ad hoc ut ratio iſta, non annuletur; deinde una unitas eſt major alterâ inquit Maſtrius, ſed nec hoc eſt verum de unitate ùt ſic, quæ eſt paſſio entis, unde hæc ratio mihi parum, aut non placet.

Probatur Secundò: omnis paſſio diſtinguitur à ſubjecto, ſed nequit diſtingui ùt negativum aliquod; Ergò verè poſitivum erit

eritunitas &c. Probatur Minor: negatio eſt conſequens aliquod poſitivum in quo fundatur; Ergò &c. Nec dicas, paſſiones entis conſequi ipſum ens velut fundamentum harum. Contra: eſtò ens ſit ratio à qua pullulant paſſiones, tamen non ſunt *ſola* negatio, vel relatio rationis ſupperaddita; Ergò &c. Probatur Antecedens: multipliciter à noſtris, quia ens ſaltem identicè prædicatur de unitate, non de *nihilo*, ùt ſunt *negationes*; tum quia alia perfectio eſt ſumma entitas, alia ſumma unitas; tum quia unitas eſt ratio fundandi relationes reales. Sed

Reſpondent adverſarij ad hæc omnia ündamentaliter. C. actualiter N. & ſanè ıuotquot legi vel audivi ex noſtris, nemo los abundè coërcere poteſt, niſi coincidat oćtrinæ à me poſitæ in hoc tractatu diſp. . q. 2. objectione 2. ubi dico, ens ùt ſic, ræſcindere à poſitivo & negativo phyſi-), & tamen eſſe poſitivum metaphyſicè, ıò & hoc negationibus metaphyſicè mptis tribuo, quòd ſint gradus metaphy- i poſitivi, licèt non phyſicè. Ex quo

Probo ſic concluſionem: omnis gradus :taphyſicus eſt conceptus poſitivus obtivus à parte rei, ſed paſſiones entis ſunt :s gradus; Ergò &c. Confirmatur: licomparando ad Phyſicam unitas ſoleat

exprimi per negationem, bonitas in Ethicâ per reſpectum fortè rationis &c. metaphyſicè ſunt rationes objectivæ poſitivæ.

Reſpondere poſſunt: eſſe rationes tales diſtinctas à ratione entis fundamentaliter. C. actualiter. N. Contra: hoc univerſim de omnibus gradibus infringam diſp. ſequenti.

Obijcies I. ſequeretur, quòd unum eſſet duo, imò quatuor, quia ens eſſet unum & duo; quia unitas eſſet ens diſtinctum, imò & bonitas & veritas. Reſpondeo: jam conſtare, quòd eſſet unum in recto, & plura in obliquo, illæ enim paſſiones tantùm identicè ſunt ens.

Inſtabis: licèt ens ſit unum in recto, tamen unitas nequit eſſe aliquid poſitivi. Probatur Aſſumptum: pluralitas eſt quid poſitivi; Ergò non unitas. Probatur conſequentia: quia hæc duo privativè ſibi opponuntur. Reſpondeo: unitatem pluralitati 10. Metaph. opponi contrariè, ſi alibi privativè, dico ſecundùm id per quod à nobis comparativè ad entia phyſica explicari ſolet. C. ſecundùm rationem fundandi proximam. N. nam ſæpè ſolemus, explicare per negationem ea, quorum conceptus in ſe vel nos latent, vel commodiùs ſic exprimi non poſſunt.

Inſtabis: ipſa ratio fundandi non eſt aliud

ud quàm ens; Ergò unitas, v. g. nihil eſt diſtincti præter negationem. Probatur Antecedens: illud enim diſtinctum poſitivum, vel eſſet unum vel multiplex. Reſpondeo: quòd ſit unum ùt *quò*, & ens in obliquo. C. in recto & ùt *quod*, N. Nec dicas, ens præciſum jam eſt unum; Ergò abundat illa unitas poſitiva ſuperaddita. Reſpondeo: quòd in tali præciſione nec ſit unum, nec multiplex, ſed ſit ſola ratio entis, ſicut equinitas abſtracta eſt tantùm equinitas, nec univerſalis, nec ſingularis ex Avicenna, unde noſtri dicunt eſſe unum negativè, radicaliter &c. quia talia prædicata non pertinent ad rationem eſſentialem, ſed ſecundariam: hæc paucula in Maſtrio centies repetita per idem invenies.

Obijcies II. ſi veritas vel bonitas eſſent quid poſitivi, vel illud foret abſolutum vel relativum, quidquid dicetur difficultatem inveniet; Ergò &c. Reſpondeo breviter: nec eſſe abſolutum nec relativum, ſicut nec ens ùt ſic, quia nondum cenſetur contractum ad ens reale & rationis per diſſenſum, nec ad reale quantum vel non quantum, minùs ad gradus prædicamentales, vel dic, eſſe metaphyſicè abſolutas rationes, per relationes deſcribi ſolitas comparativè ad entia phyſica.

Inſtabis: iſtæ rationes metaphyſicæ veriſſimè ſunt entia rationis, ſi enim hæc & ſimilia non fingerentur, quid & ubi eſſent? Reſpondeo: hoc ex imbecillitate intellectûs obijci, quia ſunt rationes iſtæ antequam de ijs judicetur, ſi non quoad nos, ſaltem ſecundùm ſe uti adhuc declarabitur aſſignando diſtinctionem Scoti. Hæc de paſſionibus.

QUÆSTIO III.

An & quid ſint modi intrinſeci.

Dico: ens contrahitur ad Deum per realitatem quæ vocatur modus intrinſecus, & eſt infinitas ipſa; ad creaturam verò per realitatem finitatis, quæ ex correſpondentia ad infinitatem vocari ſolet etiã modus intrinſecus, licèt aliàs differentiæ nomen, & omen habere queat. Hæc concluſio non tantùm eſt contra Tho. ac RR. ſed etiam Scotiſtas, qui docent cum Sco. in 1. d. 8. q. 3. ens contrahi ad Deum & creaturas per modos intrinſecos, ſed in explicatione vel maximè diſconveniunt.

Declaro me autem ſic: quòd admittam realitatem entis formaliter diſtinctam ab inferioribus, utì cum alijs Scotiſtis defendi diſp. præcedenti q. 1. & quòd hæc realitas contrahatur diverſimodè, quantùm ad præſens verò dico, quòd per *duas alias realitates*

litates ad Deum ſcilicet *per infinitatem*, ad creaturam verò per finitatem deſcendat, deinde dico, quòd infinitas debeat dici modus intrinſecus, finitas verò tantùm propter correlationem ad infinitatem modus intrinſecus dicatur, cùm aliàs ſit differentia.

Probatur itaque primò: quòd ens contrahatur ad Deum per infinitatem, & quòd hæc debeat dici & ſit modus intrinſecus: per modum intrinſecum intelligo realitatem, quà ens contrahitur ſinè potentialitate ad eſſendum actualiter, id eſt exiſtendum, ſed ens per talem realitatem contrahitur ad Deum; Ergò &c. Major conſtat ex eo, quòd ſic appareat, in quo nodus à differentia diſcrepet. Minor Probatur: Deus neceſſariò eſt & metahyſicè, & phyſicè; Ergò licèt ratio entis 1 Deo ſit præſciſa, tamen non contrahiur cum ſimili potentialitate. Confirmaur alijs verbis: ad illud ens deſcendit per nodos, cui repugnat omnis compoſitio im phyſica, quàm metaphyſica, ſed utraie repugnat Deo, ùt omnes uno ore claant; Ergò &c. & hoc paſſu conſentit diſcipuli Scoti, licèt aliter modum deibant petendo principium.

Probatur Secundò: ſicut in cauſis præis affirmatio eſt cauſa affirmationis, ità ne-

negatio eſt cauſa negationis, ſed præciſa cauſa cur realitas entis dicatur ad Deum contrahi per modum intrinſecum hæc eſt, quia in Deo nequit eſſe compoſitio, vel quod idem eſt, quia reſpectu Dei nequit habere rationem contrahibilis cum potentialitate; Ergò cùm in ente finito non repugnet compoſitio, ad illud contrahitur per differentiam & non per modum. Confirmatur: Deo repugnat differentia & genus; & hinc alia ratio non eſt petenda, quàm quia neceſſe eſt exiſtens juxta illud, *ego ſum qui ſum* in Exodo, enti finito verò hæc non repugnant, Ergò &c. *Dixi* tamen finitatem poſſe modum vocari, non quòd verè ùt modus intrinſecus ens ſinè potentialitate contrahat, ſed quia correſpondet modo intrinſeco.

Reſponſiones ubi aliquando videro, vel audivero, conabor impugnare, ſed ſic omnis difficultas facilè ſolvitur, quam cum tanto ſtrepitu plus inter ſe, quàm cum alijs movent Scotiſtæ.

Obijcies I. ſi ens deſcenderet ad Deum & creaturam, vel illi modi eſſent aliquid vel nihil, vel ille deſcenſus fieret ad modum compoſitionis, vel additionis, vel explicationis. Reſpondeo: quòd fiat per realitates quarum una eſt modus ſinè compoſitione, cui advenit ens ſinè potentialitate,

tate, cæterùm per me licèt quomodocunque illam advenientiam compelles, modò nulla potentialitas vel defectus ſequatur: ad primum ſœpè dictum eſt.

Inſtabis: ens eſt univocum ex dictis; Ergò ſi deſcendat ad Deum per modum intrinſecum, etiam ad creaturam. Reſpondeo Diſtinguendo Antecedens: ens præciſum. C. connotans inferiora, ad quæ hôc vel illô modô deſcendit. N. Si dicas, æqualiter deſcendit. Reſpondeo: ſimiliter quoad rationem præciſam & præſcindentem à potentialitate & actualitate, id eſt neceſſitate ad exiſtendum phyſicè.

Obijcies II. modus intrinſecus & differentia ſunt formaliter ad minus diſtincta; Ergò vel finitas non eſt modus, vel non eſt differentia. Reſpondeo: eſſe diſtincta diſtinctione eſſentiali ùt *quo*, & dico finitatem eſſe differentiam, abuſivè dici modùm. Si dicas; Ergò etiam infinitas; non ſum Maſtrius, quòd eadem toties repetam, diſparitas jam data eſt.

Inſtabis: differentia nequit eſſe principium conveniendi, ſed accidens & ſubſtantia prædicamentalis conveniunt in finitate; Ergò, &c. Reſpondeo: retorquendo argumentum, ſed qualitas & relatio conveniunt in inaleitate; Ergò, &c. & Diſtinguo Antecedens: nequit eſſe prin-

principium conveniendi illi, à quo quid per illam differt. C. inferioribus proprijs. N. nam & Petrus & Paulus, & rationale A, & B, conveniunt in rationalitate.

Si dicas, tolli decem prædicamenta, & eſſe contra Scotum. Reſpondeo: cujuſcunque ſit, doctrina vera eſt tenenda, de prædicamentis proximè dicam; Scotus ipſe varijs locis inclinat huc, imò ſinè realitate formaliter diſtincta ejus principia ruunt, & hac ſtante nemo hactenùs difficultatem de futura compoſitione in Deo evaſit, rem quidem tetigerunt ſed gordius nodus ſolo tactu non ſolvitur; modò ubi deſinit diſputatio de modis, incipit

DISPUTATIO IV.

De Diſtinctionibus entis.

Subtilis Scoti Metaphyſica potiſſimùm eſt fundata in materia de diſtinctionibus, hinc videre eſt quòd extranei non ita ſingulas difficultates præmiſſas tractent, quàm fundamentum evertere conantur. Sit

QUÆSTIO I.

Quid ſit, vel in quo conſiſtat Diſtinctio?

Dico: Diſtinctio quæ eſt ſecundaria paſſio entis conſiſtit in poſitivo: Colligitur ex Sco. in 2. d. 3. q. 1. & ſequuntur ferè

omnes

mnes illi qui defendunt relationem eſſe
ntitatem formaliter ſuperadditam extre-
ıis, contra varios Tho. & RR. inter ſe di-
iſos. Pro ulteriori intelligentia

Sciendum eſt primò: quòd hæc ſæpè
onfundantur *diſtinctio*, *diverſitas*, *differen-
a*, *oppoſitio*; ſed immeritò, ſi diſtinctio
roprié ſumitur. Nam ſunt termini ma-
s & minùs communes, id eſt omnis diver-
:as, omnis differentia, omnis oppoſitio
t quidem diſtinctio, ſed non econtra om-
s diſtinctio eſt diverſitas, licèt unum
rtè ex his tribus. Porrò diverſitas præ-
r diſtinctionem dicit negationem unio-
s, differentia importat diſſimilitudinem
natura, oppoſitio aliquam inſuper ſpe-
ılem repugnantiam, quæ eſt quatruplex.
:de alphabetum philoſophicum.

Sciendum eſt ſecundò: diſtinctionem
ıltipliciter accipi. Primò fundamenta-
:r, & ſic ſunt ipſæ res, quæ diſtinguuntur,
g. entitas lapidis, & entitas ligni ſunt
ıdamentum diſtinctionis inter ipſa; de-
le formaliter, & ſic eſt ipſa forma deno-
nans ſuperaddita, de qua diſputatur:
ſit poſitiva, vel an ſit pura negatio non
ntitatis, & quidem loquimur de diſtin-
one inter duo entia poſitiva. Nam di-
ıctio, quæ eſt inter chymeram & hirco-
F cer-

cervum nihil ſuperaddit, ſed eſt pura non identitas: ſi autem eſt inter unum ens, & aliud non ens, quoque formaliter in non identitate reponenda videtur: ſed de ea, quæ eſt inter duo poſitiva, quorum unum non eſt aliud.

Probatur Concluſio Primò: relatio formaliter eſt entitas ſuperaddita extremis; ſed diſtinctio eſt relatio; Ergò &c. Ma. & Mi. ex dicendis conſtabunt.

Probatur Secundò: diſtinctio eſt proprietas poſitivi entis: Ergò eſt quid poſitivum. Reſpondent Diſtinguendo Conſequens: formaliter Negant, fundamentaliter Concedunt. Contra: fundamentaliter eſt ipſa rei natura; ſed hæc non eſt paſſio: Ergò pro formali eſt quid poſitivum. Confirmatur: diverſitas eſt formaliter quid poſitivum in obliquo naturam connotans; Ergò &c. Item unitas, quæ eſt paſſio entis, & identitas ſunt quid poſitivi; Ergò etiam non unitas, vel non identitas, id eſt diverſitas, & diſtinctio ſunt quid poſitivi, licèt ſæpè permodum negativi explicentur.

Obijcies: illa diſtinguuntur formaliter, quæ formaliter non ſunt idem; ſed non eſſe idem, eſt negatio identitatis. Ergò diſtinctio conſiſtit in tali negatione. Probatur Minor: poſita hac negatione omni aliô ſub-

ſublatô non ſunt idem; Ergò ſunt diſtincta, quocunque aliô ablatô. Reſpondetur Negando Minorem: Probatio Diſtinguitur: non ſunt idem fundamentaliter. C. formaliter N. vel non ſunt idem negativè. C. poſitivè N.

Inſtabis: poſita negatione identitatis quocunque poſitivô ſublatô non ſunt idem poſitivè, nec ſunt idem formaliter; Ergò formaliter & poſitivè diſtincta. Conſequentia patet: non enim eſt medium inter illa. Reſpondeo: Negando Conſequentiam, cum Probatione, propter ſyncategorema *formaliter*: quando verò dicitur, non ſunt idem poſitivè, hoc ſignificat per aliquid poſitivum non ſunt idem, id eſt per formam poſitivam diſtinguuntur.

Inſtabis: vel illud poſitivum eſſet ſubſtantia, vel accidens, nihil dictu videtur congruum; Ergò &c. Reſpondeo breviter: quòd eſſet quædam relatio, vel tranſcendentalis, vel prædicamentalis, prout extrema fuerint.

Inſtabis: diviſio non eſt quid poſitivum, ſed omnis diviſio eſt diſtinctio; Ergò non omnis diſtinctio eſt quid poſitivum. Major patet; quia ad diviſionem aliud non requiritur, quàm negatio unionis. Reſpondeo Diſtinguendo Majorem: diviſio reduplicativè. C. ſpecificativè N. Majo-

 rem,

rem, ſic diſtinctâ Minore. N. Conſequentiam. Nam licèt omnia membra diviſa ſint talia per negationem unionis, diſtinguuntur tamen per formam poſitivam.

Inſtabis: ad poſitivam diviſionem ſufficit negatio unionis; Ergò ad poſitivam diſtinctionem ſufficit negatio identitatis. Reſpondeo N. Conſequentiam: nam diviſio quâ talis non eſt proprietas entis poſitivi.

Inſtabis: ſaltem non omnis diſtinctio eſt quid poſitivum. Probatur Aſſumptum: diſtinctio, quæ eſt inter duos hircocervos, item quæ eſt inter ens & non ens, inter librum hunc & Antichriſtum. Reſpondeo illam tantùm diſtinctionem eſſe quid poſitivum, quæ verſatur inter duo poſitiva, vel ſaltem unum extremum exiſtens, ſi non eſt mutua poſitiva diſtinctio.

Inſtabis: maxima diſtinctio non eſt quid poſitivum; Ergò nulla. Probatur Antecedens: maxima eſt inter ens & non ens, vel etiam exiſtens & non exiſtens, ſed, Ergò. Reſpondeo Diſtinguo Majorem: ſi eſt inter duo poſitiva. N. Majorem, ſi inter unum poſitivum aliud non poſitivum tranſeat Major. Dico *tranſeat*, nam ſæpè quid explicatur per negationem, quod tamen poſitivum eſt, v. g. irrationalitas &c. imò non entia per diſſenſum poſitivè exiſtunt metaphyſicè.

In-

Inſtabis: principium conſtitutivum eſt etiam diſtinctivum rei, ſed illud licèt ſit poſitivum, non tamen eſt quid ſuperadditum; Ergò diſtinctio non eſt aliud, quàm entitas rei cum negatione. Reſpondeo Diſtinguo Majorem: vel axioma, eſt diſtinctivum fundamentale. C. formale. N. ſimile erit de albedine, ubi etiam dicemus, quòd illa forma ſuperadditur, non iterum per aliam diſtinguatur, ſed ſit illud *Quo*, non *quod*: Si dicas relatio ſupponit extrema realiter diſtincta, dic fundamentaliter, & per formam ſuperadditam formaliter.

QUÆSTIO II.

Quotuplex ſit Diſtinctio.

Dico: diſtinctio primâ ſui diviſione rectè dividitur in *diſtinctionem ex natura rei* & *diſtinctionem rationis*; utraque ſubdividitur, prima in *diſtinctionem ex natura rei realem*, & ex *natura rei formalem*, altera in *diſtinctionem rationis ratiocinantis*, & *ratiocinatæ*. Colligitur ex Scoto in primo diſtinctione 8. quæſtione 8. & diſtinctione 2. quæſtione 7. eamque tenent Scotiſtæ contra ſcholam Thomiſticam, ac Neutriſticam: cùm autem concluſio habeat varias partes, quoad ſingulas explicatur, & probatur: Dicitur primò, quòd diſtinctio primò dividatur in *diſtinctionem ex natura rei*

& *rationis*, nam diſtinctio eſt ſemper inter duo entia, unde ſi illa duo entia ſint termini primæ intentionis, id eſt habeant ſuum eſſe ſinè intellectu fingente, vocatur diſtinctio ex natura rei.; ſi verò illæ res, vel entia, inter quas eſt diſtinctio ſint termini ficti, vocatur diſtinctio rationis, quæ diviſio bona eſt: nam præterquam quòd adſint omnes conditiones requiſitæ ad bonam diviſionem, ſic Probatur: ens primò bene dividitur in ens ex natura rei & ens rationis, ſed diſtinctio eſt proprietas entis; Ergo &c. ità ferè omnes. Dicitur ſecundò, quòd diſtinctio ex natura rei ſit duplex ex natura rei *realis*, vel *major*, vel *ſimpliciter*, & ex natura rei *formalis*, vel *media*, vel *ſcotiſtica*, vel *ſecundùm quid realis*. Ità omnes Scotiſtæ contra alias ſcholas, & quanquam hæc pars probabitur ſingulariter quæſtione ſequenti, examinanda eſt tamen hìc ut & diſtinctio conſtet *realis*.

Diſtinctio ex natura rei realis eſt, quando duo entia non ſunt idem, quæ entia ſe habent ùt res & res, vel ſunt ſeparata actu, vel potentiâ ſeparantur, vel proportione, vel ſe habent ùt producens & productum, id eſt: ut habeant propriam exiſtentiam in aliquo prædicamento reponibilem, quæ ab alterius exiſtentia eſt ſeparata, v. g. lignum & lapis, vel poteſt ſeparari, v. g. bra-

chium

chium à corpore, vel proportione ſeparantur, id eſt, licèt ſint inſeparabilia, id non proveniat à ratione formali, ſed ab aliquo termino, vel ratione fundandi, ità, v. g. relatio ab extremis; vel ut ſe habeant, ùt producens & productum. Inſuper ut clarè percipiatur, quid intelligatur per rem & rem, ſignum eſt phyſica cujuslibet productio, non ſimplex metaphyſica rerum impropriarum emanatio, quæ ad diſtinctionem ex natura rei formalem pertinet.

Diſtinctio ex natura rei formalis, quæ vocatur media, vel ſcotiſtica à ſuo inventore *SCOTO* eſt illa, quæ etiam eſt inter entia ſinè omni operatione intellectûs diſtincta, ſed talia entia, quæ ſe non habent ùt res & res, ſed quæ in eodem ſubjecto realiter ſunt identificata, id eſt: componunt, vel faciunt unam rem, ſunt tamen tales partes, quarum una non eſt altera, v. g. in Petro, rationalitas & animalitas, in Leone animalitas, & rugibilitas, & talia entia vocantur formalitates metaphyſicæ, vel realitates, vel conceptus objectivi metaphyſici, & non ſunt entia ſimpliciter in recto, ſed plerúmque in obliquo aliquid talis entis; hanc diſtinctionem omnes, quaſi extra ſcholam Scoti negant, & dicunt eſſe tantùm diſtinctionem rationis inter illa prædicata, ſed hoc videbimus quæſtione ſequenti.

Sciendum eſt autem, quid ſit talis formalitas, vel realitas, vel conceptus objectivus, quæ omnia idem ſignificant: unde definitur. *Conceptibilitas unius, quod eſt identificatum alteri realiter, cujus non eſt eadem conceptibilitas objectiva*, ſic v. g. animalitas & rationalitas in Petro ſunt idem realiter, ſed objectivè animalitas non eſt rationalitas, hoc eſt: conceptus animalis, non eſt conceptus objectivus rationalis: ex quo patet falſum eſſe id fieri per intellectum fingentem, nam animalitas eſt principium ſentiendi, rationalitas non eſt principium ſentiendi, ſed ratiocinandi, non quia fingo, ſed econtra ſic dico, quia ſic in ſe eſt.

Porrò hæc diſtinctio formalis eſt unum ex fundamentis ſcotiſticæ doctrinæ, pro qua etiam affertur Ariſtoteles, & alij, ſed crediderim probabiliùs Scotum eam primò inveniſſe, ſaltem diſtinctè & intelligibiliter, licèt quoque ex fundamentis Ariſtotelis, & aliorum erui poſſit, & quidem ùt plurimùm in Theologia ſervit, de quo tamen in Philoſophia omnino nullam mentionem faciam, cùm jam in primo ſententiarum de Divinis compræhenderim.

Dicitur in concluſione tertiò, quòd diſtinctio rationis etiam ſit duplex, rationis ratiocinantis, & eſt illa quando intellectus merè pro ſuo placito aliqua duo diſtinguit,

v. g.

v. g. Petrus concipitur ùt ſubjectum, & deinde ùt prædicatum; Ergò Petrus diſtinguitur à Petro. Rationis ratiocinatæ dicitur illa, quando intellectus aliqua duo diſtinguit cum fundamento, v. g. in ſole duas virtutes exſiccativam & calefactivam, & hæc vocatur alio nomine *virtualis* & *fundamentalis*, quam alij ponunt tanquam ſufficientem locò formalis, imò Thomiſtæ ſic ludunt terminis, ut dicant gradus metaphyſicos diſtingui, ex natura rei *formaliter* & *virtualiter*, ſed diſtinctio formalis eſt actualis, an autem illa diſtinctionis diviſio rationis ratiocinantis, & ratiocinatæ in ſchola Scoti ſit permittenda problematicè tene: quia utrobique intellectus fundamentum habet, licèt hinc inde levius, vel majus, & hoc idem poſtea legi in Sannig, addidi tamen hìc, ut notitia ejus plenior habeatur, quia tamen multi multas diſtinctionum ſpecies admittunt, quæ omnes admitti poſſunt, & reduci quommodo ad ſtrictè realem, hinc. Subdividenda eſt diſtinctio ex natura rei realis in poſitivam & negativam. Prima eſt inter duo poſitivè exiſtentia v. g. librum & chartam; altera inter duo negativa v. g. inter tenebras & ſurditatem, ſi autem unum extremum eſt poſitivum, aliud negativum, v. g. inter tenebras & lucem, poteſt dici & po-

ſitiva & negativa à ratione fundandi ùt dicemus.

Diſtinctio poſitiva rurſum ſubdividitur in abſolutam & modalem. Abſoluta eſt inter extrema, quæ nullum ad ſe ordinem dicunt, v. g. lapis & lignum: Modalis, quæ & relativa ſæpè eſt, quando unum extremum poteſt eſſe ſinè alio, non econtra; v. g. ſedens à ſeſſione, nam homo poteſt eſſe ſinè ſeſſione, ſed non ſeſſio ſinè homine, ità extremum ſinè relatione prædicamentali, non hæc ſinè illo. His adde diſtinctionem eſſentialem, quæ eſt inter duas naturas, hominis, v. g. & bruti, & hæc vel phyſica, v. g. inter corpus & animam hominis, & corpus ac animam bruti, vel metaphyſica, & eſt inter eſſentias metaphyſicas ſeparatas, v. g. inter naturam hominis, quæ eſt animal rationale, & naturam bruti, quæ eſt animal irrationale. Quæ aliqui ità fuſè dilatant, ut potiùs confuſionem quàm concluſionem ſcientificam pariant; hæc ſit generalis regula, quòd diſtinctio ex natura rei tot modis poſſit baptizari, quot modis ipſa extrema in ratione nuncupantur, ſed omnes ad prædictas reducendæ videntur.

Colliges: Thomiſtas & Recenciores confundere illos terminos *realiter*, *ex natura rei*, *à parte rei*, quaſi hæc eſſent ſynonima; quod

quod manifeſti falſum toties à Scotiſtis eſt proclamatum, ſed hoc velut ſurdi prætereunt, & ſuis diſcipulis nolunt dicere, nè videant ſubtilitatem Scoti, ac totô zelô ejus fundamentalem hanc doctrinam amplectantur: habent ſe ergò, ùt termini minùs & magis communes, vel ùt ſuperius & inferius, & quidem ſuperius eſt *ex natura rei, à parte rei*, independenter ab intellectu, hæc ſunt, & ſignificant idem, ſed non *realiter*, quia ſicut animal eſt duplex, rationale, & irrationale, ità etiam *ex natura* rei ſumitur dupliciter, *ex natura rei realiter*, & *ex natura rei formaliter*, vel *realiter ſimpliciter*, & *realiter ſecundùm quid*, meliùs tamen ab his ultimis abſtinetur, nè alijs occaſio detur altercandi de nomine: his ſtatutis ſit

QUÆSTIO III.

An inter gradus metaphyſicos detur Diſtinctio Formalis ſcotiſtica.

DIco: inter gradus metaphyſicos eidem entitati phyſicæ realiter identificatos datur diſtinctio ex natura rei formalis, actualis ſcotiſtica, quam alij vocant mediam. Ità Doctor ſubtilis cum ſuis ac paucis alijs contra ſcholam Thomiſticam, & Neutriſticam: éſtque hæc ſententia glorioſa petra ſubtilitatum multarum. Explicatur ùt quæſtione præcedenti, & notanter

ad-

additur: *eidem entitati phyſicæ realiter identificatos*, nam omnia, quæ tantùm formaliter diſtinguuntur, ſunt realiter idem, & quidem gradus metaphyſici in diverſis phyſicis entitatibus, v. g. animalitas Petri, & rationalitas Pauli realiter diſtinguuntur, unde de ijs in eodem quæritur v. g. animalitas & rationalitas Petri: quid autem per gradus metaphyſicos intelligatur, jam dictum eſt.

Probatur concluſio primò: non poſſunt verificari contradictoria de eodem, eodem modô ſumpta reſpectu ejuſdem, ſed ſi non daretur diſtinctio formalis, verificarentur contradictoria de eodem ſumpto eodem modô reſpectu ejuſdem: Ergò, &c. Probatur Minor: convenire ſecundùm humanitatem cum bruto, & non convenire ſecundùm humanitatem cum bruto ſunt contradictoria; atqui ſi non daretur diſtinctio formalis in Petro v. g., ſecundùm humanitatem conveniret cum bruto, & non conveniret cum bruto, Ergò, &c. Probatur Minor: imprimis conveniret, quia humanitas à parte rei ſecundùm ipſos eſt animalitas, id eſt: principium ſentiendi (quod eſt commune homini & bruto) deinde non conveniret: quia eadem humanitas ſecundùm ipſos omnino à parte rei eſt rationalitas, id eſt: principium ratiocinandi,

nandi,quod ſoli homini convenit,non brutis.

Reſpondent aliqui Diſtinguendo Minorem: conveniret ſecundùm humanitatem, & non conveniret eodem modô ſumptam. N. diversô modô ſumptam. C. ſed hoc non ſufficit ad contradictionem. Contrà: conveniret ſecundùm humanitatem, & non conveniret eodem modô ſumptam; Ergò,&c. Probatur Antecedens: conveniret ſecundùm humanitatem prout eſt à parte rei, ſed juxta ipſos à parte rei tantùm unô modô poteſt ſummi, Ergò, &c. Major patet: non enim ideo conveniunt Petrus & brutum, quia intellectus hoc fingit. Minor quoque: nam à parte rei tota humanitas omnino eſt indiviſibilis objectivè entitas juxta ipſos.

Reſpondent Negando Antecedens. Probationis Majorem Diſtinguunt: conveniret ſecundùm humanitatem adæquatè vel perfectè ſumptam, Negant; inadæquatè vel imperfectè ſumptam, Concedunt; & per hoc communiter ſolvere ſe putant argumentum. Sed Contra: conveniret ſecundùm humanitatem perfectè & adæquatè ſumptam; Ergò, &c. Probatur Antecedens: illud convenit perfectè à parte rei, quod ſecundùm omnes rationes, & prædicata, quæ ſunt à parte rei convenit,

nit, ſed conveniret ſecundùm omnes rationes à parte rei reperibiles ; Ergo, &c. Major videtur eſſe ſynonima, Minor Probatur: ſecundùm alios eſt tantùm una ratio à parte rei, ſed ſecundùm hanc conveniret, & non conveniret; Ergò, &c.

Reſpondent rurſum: conveniret ſecundùm hanc adæquatè ſumptam Negant. aliter Concedunt. Contra: convenit prout eſt à parte rei & abſque ope intellectûs, ſed unum & idem omnino à parte rei ſinè intellectu non dicitur aliter ſummi; Ergò convenit ſecundùm humanitatem, ſicut eſt à parte rei; Ergò ſecundùm rationem perfectè ſumptam.

ReſpondentNegando ſuppoſitum,quòd hoc diversô modô ſumere,ſit independenter ab intellectu, & in hoc Recentiores totam vim, principium Scoti elevandi, ponunt. Sed Contra: vel Petrus convenit cum bruto in principio ſentiendi, quia intellectus hoc cogitat: vel antequam hoc cogitat: ſi primum; Ergò dicam, quòd Petrus non ſit homo, niſi dependenter ab intellectu: ſi ſecundum: Ergò iſta convenientia fundatur antequam intellectus hoc vel illud ſummat; Ergò principium fundans convenientiā, non eſt principium fundans diſconvenientiam ;Ergò,&c.

Confirmatur: ſecundùm Ariſtotelem:

ex

ex eo quòd res eſt, oratio dicitur vera vel falſa, non ex eo, quòd intellectus de re facit vel concipit, aliàs ſi conciperem Petrum ùt irrationalem, etiam eſſet irrationalis. Hoc totum illuſtrari poſſet ex principijs Lullianæ tam per principia abſoluta B. M. D. quàm reſpectiva ⩦. ⊙. Æ Min. &c. ſed hoc reſervo Theologis.

Reſpondent: quòd ante intellectum conveniat fundamentaliter vel virtualiter Concedunt; formaliter actualiter Negant. Sic etiam dicunt, vel diſtinguunt Conſequens: Ergò illi gradus metaphyſici diſtinguuntur formaliter, vel virtualiter ex natura rei, Concedunt; actualiter Negant. Contrà; ante opus intellectûs convenit formaliter actualiter; Ergò & ſic diſtinguitur principium conveniendi, ac diſconveniendi.

Probatur Antecedens: ſi nullus cogitaret quòd Petrus conveniret in principio ſentiendi cum equo, diſconveniret in principio ratiocinandi in rei veritate, Petrus actu & formaliſſimè, & non conveniret; Ergò, &c. Antecedens eſt evidens: quia non ideo convenit, quia cogitas, nam ideo non accipit formam conveniendi formaliter; Ergò, &c. Confirmatur: inter Petrum & brutum eſt relatio convenientiæ à parte rei, & à parte rei eſt relatio diſconve-

ve-

venientiæ; ſed relatio quæ datur à parte rei non dependet ullo modô ab intellectu.

Probatur ſecundò: quæ ſunt realiter idem, & tamen independenter ab intellectu unum non eſt aliud, diſtinguenda ſunt ex natura rei formaliter, ſed; Ergò, &c. Minor Probatur: in primis alij concedunt, quòd gradus metaphyſici in eodem ſubjecto v. g. animalitas & rationalitas Petri ſint realiter idem; deinde Probatur & altera pars, quòd abſque ope intellectûs rationalitas non ſit animalitas, ſic: principium ſentiendi, & principium ratiocinandi non ſunt idem, antequam intellectus quidquam cogitet, ſed: Ergò, &c. Major Probatur: animal rationale, & animal irrationale non ſunt idem antequam intellectus quidquam cogitet; Ergò à pari (cœteris paribus) Confirmatur: animalitas Petri eſt principium ſentiendi, rationalitas Petri eſt principium ratiocinandi, non ſentiendi, ùt omnis Phyloſophus fatetur. Vel hoc eſt verum, quia dicis, vel dicis, quia eſt verum: ſi primum; Ergò tu es homo, quia alius dicit: Ergò non eſſes homo, ſi alius non diceret: ſed dico, quòd non ſis homo; ergò non es: ſi eſſem Thomiſta in carne & ſpiritu neſcirem hoc ſolvere. Reſponſiones ſunt eædem, unde eodem modô præcludendæ.

Pro-

Probatur tertiò: non tantùm diſtinguuntur fundamentaliter; Ergò ex natura rei actualiter, non realiter, Ergò formaliter. Probatur Antecedens: vel illa fundamenta ſunt à parte rei, vel non ſunt à parte rei: quid quid dicis erit contra te; Ergò, &c. Probatur Minor: ſi dicis non eſſe fundamenta diſtinctionis fundamentalis, dicis chimeram, ùt patet, ſi verò aſtruas ea, ſic argumentor: fundamenta illa, quæ ſunt à parte rei non ſunt fundamentum unum à parte rei; Ergò ſunt plura: Ergò unum non eſt aliud, non realiter: Ergò formaliter. Nec dicas, unicum fundamentum conceptibile ad modum plurium. Contra: cujus eſt unicum fundamentum, illud fundamentaliter eſt unum: Ergò quod fundamentaliter non eſt idem ac unum cum altero, debet habere fundamentum, quod non eſt idem ac unum cum altero: hæc paſſim exagerabuntur pro opportunitate materiarum.

Obijcies primò: omnis diſtinctio vel eſt realis, vel rationis; Ergò non datur media formalis ſcotiſtica. Reſpondeo: Nego Antecedens ùt patet ex dictis, non debet quidem vocari media: ſed nè nominales videamur, vocet eam quomodo quis velit, nos formalem ex natura rei actualem. Ante-

tecedens alij aliter non poſſunt probare, quàm: omne ens eſt reale, vel rationis, & hoc quoque negamus, ùt jam quæſtione præcedenti patuit.

Inſtabis: diſtinctio formalis eſt à parte rei, ex natura rei, ſinè ope intellectûs: Sed hoc eſt idem quod realis: Ergò: &c. Reſpondeo Nego Minorem, ſic ſæpè audies alios intumeſcere levi vento, jam in fine Quæſtionis præcedentis oppoſitum fuit declaratum.

Inſtabis: ſi illa diſtinctio formalis ſit ex natura rei, & non realis, vel eſt major vel minor reali: quidquid dicitur repugnat: Ergò, &c. Reſpondeo utrumque ſano ſenſu poſſe dici, ſed meliùs quòd ſit minor: quia ejus extrema ſunt tantùm entitates metaphyſicæ, realis diſtinctionis verò extrema ſunt res & res, vel ſaltem ſeparata; deinde illa diſtinctio eſt major, quæ magis ſeparat, quod facit realis: nam quæ ſunt formaliter diſtincta, adhuc realiter ſunt idem.

Inſtabis: vel illa diſtinctio formalis eſt numerica, vel ſpecifica; quid quid dicitur eſt contrà: Ergò. Si enim primum, coincidit cum reali; ſi ſecundum, cum eſſentiali, quæ quoque realis eſt. Reſpondent alij: quòd ſit numerica tranſcendentalis, non verò prædicamentalis, ſed meliùs: Re-

ſpon-

ſpondeo, quòd poſſit dici numerica & ſpecifica in obliquo, non recto, ſicut ejus extrema ſunt entia.

Inſtabis: omnis diſtinctio ſpecifica eſt eſſentialis; Ergò & realis. Reſpondeo primò ùt ſtatim. Reſpondeo ſecundò, vel totius eſſentiæ, vel partis eſſentiæ, C. ſemper totius eſſentiæ. N. Antecedens & Conſequentiam, nam rationalitas eſt pars eſſentiæ hominis, non tota; vel dic: eſt ſpecies incompleta, non completa.

Inſtabis: rationalitas eſt principium ratiocinandi, animalitas principium ſentiendi: Ergò ſunt duæ eſſentiæ totæ, ſicut ens in alio, & ens extra aliud. Reſpondeo Diſtinguendo Antecedens: & ſunt compoſſibilia principia in tertio. C. incompoſſibilia. N. Antecedens & Conſequentiam, ac paritatem; porrò quæ ſunt compoſſibilia velut partes tantùm diximus eſſe eſſentias, ac entia in obliquo, cum hoc tamen ſtat, quòd una talis pars non ſit altera, ſicut in phyſicis in ſententia communi, materia non eſt forma, nec unum nec alterum poteſt dici compoſitum, vel ens perfectè phyſicum, ità & cæteris æqualibus de metaphyſicis.

Inſtabis: illud principium ſentiendi diſtinguetur à principio ratiocinandi ùt ſpecies completa; Ergò realiter ſicut animal

rationale ab irrationali. Probatur Antecedens: principium ſentiendi includit genus & differentiam: Ergò erit ſpecies diſtincta & completa. Reſpondeo. N. Antecedens, vel illud cum Probatione Diſtinguo: ùt ſpecies infima. N. ſubalterna tranſeat. Nam etiam illi gradus in homine *ens vivens*, *&c.* diſtinguuntur invicem formaliter.

Inſtabis: illi gradus ſunt capaces diſtinctionis realis; Ergò ſi ex natura rei diſtinguantur, realiter debent diſtingui. Reſpondeo Diſtinguendo Antecedens: in diverſis ſubjectis. C. in eodem. N. nec in diverſis ſe habent ùt res, ſed quia ſunt ſeparatæ actu formalitates.

Inſtabis: nec illi gradus in eodem ſubjecto poſſunt formaliter diſtingui: Ergò &c. Probatur: ſi principium ſentiendi diſtingueretur formaliter à rationalitate, etiam ab ipſa humanitate poſſet ſic diſtingui, hoc non; Ergò nec illud. Minor Probatur: humanitas iucludit principium ſentiendi. Reſpondeo: quid quid alij velint. N. Antecedens & Probationis Minorem, quam retorqueo, de compoſito phyſico, quod includit partes, & tamen eſt quid ab his realiter diſtinctum, includit ergò illa tanquàm quid in obliquo.

Inſtabis: Ergò principium ſentiendi iterum

rum dividetur in duas formalitates, nimirum principij & ſenſitivi. Reſpondeo: non deeſſe qui hoc quoque volunt ſed malè. N. ergò illatum, quia principium ſentiendi nequit dici ens ſentiens, ſed ad ſummum principium ſenſitivum, quod non conſtituit ſpeciem completam, ſed in obliquo eſt formalitas, vel conceptibilitas objectiva.

Inſtabis: illæ formalitates non diſtinguuntur ſe totis objectivè: Ergò nec formaliter. Probatur Conſequentia: quia videntur eſſe idem. Reſpondeo: varios variè uſurpare hos terminos, *ſe totis ſubjectivè*, & *ſe totis objectivè*: primum ſignificat, quæ conveniunt in aliquo conceptu communi v. g. animal rationale & irrationale in conceptu viventis, alia quæ in nullo, v. g. ens reale & rationis vel individua, unde dico, ſi illa quæ *ſe totis* vel *ſubjectivè*, vel *objectivè* præſeferant ſigna diſtinctionis realis, erit diſtinctio realis, ſi rationis &c.

Objicies ſecundò: hæc diſtinctio ſinè ſufficiente fundamento aſſeritur. Probatur: etiam admiſſâ diſtinctione formali videntur verificari contradictoria; Ergò propter hoc evitandum fruſtrà eſt inventa. Probatur Antecedens: animalitas & rationalitas realiter ſunt idem; Ergò unum & idem erit principium conveniendi, &

principium diſconveniendi. Reſpondeo. N. Aſſumptum,& Probationem Diſtinguo: videntur verificari contradictoria ſimpliciter & primi generis. N. ſecundùm quid & ſecundi generis. C. Antecedens, ſed N. Conſequentiam: porrò ſicut ens eſt duplex ſimpliciter tale, v. g. res & res, & ſecundùm quid tale, v. g. formalitas quædam, ità & contradictoria dicuntur, phyſica verò primi generis, v. g. *eſſe, non eſſe, produci, non produci* & nequeunt convenire rebus phyſicis, alia ſecundùm quid, v. g. *eſſe, & non eſſe principium ſentiendi*, hæc quidem uni phyſicæ entitati poſſunt convenire duntaxat in illa ſint rationes objectivè ante intellectum actualiter diſtinctæ ùt docuimus.

Cœterùm in Divinis, in Libris de anima, de intellectu, & voluntate plura imò potiora occurrent pro & contra quæ meritò omitto, nè Neologicis moleſtior videar, aut Sartori corium apponam pro pallio cùm ea in Theologia jam ſemel compoſuerim, ac tradiderim.

Colliges: diſtinctionem formalem Scoti abuſivè dici mediam, imprimis enim nullô modô eſt media inter diſtinctionem ex natura rei ùt ſic, & diſtinctionem rationis, deinde licèt mediet inter realem ſimpliciter & rationis, proinde non debet dici me-

dia,

dia, ſicut nec leo diceretur medium inter bovem & animal rationale. Sit

DISPUTATIO V.

De Poſſibilitate, Exiſtentia, Eſſentia, & Subſiſtentia.

PRæterea videndum eſt, quid poſſibilitas rerum ſit, ex quo & deſumitur impoſſibilitas, vel conceptus entis ficti per diſſenſum, ubi & inſignes controverſiæ de Exiſtentia, & Eſſentia, ſicut & de Perſonalitate proponentur.

QUÆSTIO I.

An illud eſſe, quod habuerunt creaturæ poſſibiles ab æterno, ſit reale vel rationis?

DIco: creaturæ poſſibiles ab æterno habuerunt aliquod eſſe diminutum medium inter reale phyſicum, & rationis. Hæc celebris reſolutio defenditur à Poncio, Lalemandeto, Herrera, imò & à nonnullis adſcribitur Doctori Subtili, quos tamen pugnaciſſimè redarguunt alij Scotiſtæ Meuriſſius, Maſtrius, ſed parùm intereſt, quorum ſit vel fuerit, dummodò firmis rationibus ſolidetur; ego autem non tantùm defendam, quòd illud eſſe diminutum ſit medium inter reale & rationis, ſed

etiam ſentio, & tuebor quòd ſit ens actuale metaphyſicum contradiſtinctum à creatura phyſica, ùt de ideis in Logica dixi.

Porrò cùm ibidem P. Hermann hic Poncio ſubſcribentem non rectæ intelligentiæ circa ideas Platonis arguerim, repeto prævię, quòd Plato quidem dixerit eſſe naturas, vel ſpecies ſeorſum, id eſt ſeparatas à materia per ſe exiſtentes, ac ſubſiſtentes, ſed nunquam voluit exiſtere phyſicô modô, ſed ſinè ortu & interitu, id eſt ſeparatas à rebus ſenſibilibus & ſolo intellectu perceptibiles, hinc Theophraſtus, Teupolus, & alij putant Ariſtotelem idem in re ſenſiſſe, ſed quidquid de hoc ſit, peſſimâ fide ei imponitur à P. Hermann, & multis alijs, quòd Bovem ambulantem in amœno loco poſuerit, aliàs ille videri potuiſſet, cum tamen ex *Timæo* ſint hæc verba Platonis. *Veræ quidem opinionis vir quilibet particeps, intelligentiæ verò dij quidem omnes, homines verò pauci admodum participes ſunt. Quæ cùm ità ſe habeant, fateri oportet eſſe ſpeciem, quæ ſemper eadem ſit ſinè ortu & interitu, quæ nec in ſeipſa accipiat quicquam aliud aliunde, nec ipſa procedat ad aliud quicquam ſenſuque corporis nullo percipiatur &c.* Poſtea dicit ſenſibilia quantum ad hoc non ratione, ſed nomine convenire cum ideis, ubi vides, quod illi Authores non ſint inter iſtos

pau-

paucos participes, ſed opinione duci. His ergò in Logica dictis hic confirmatis, à potiori.

Probatur primò: poſſibilitas creaturarum ab æterno non fuit ens reale phyſicū, (ubi per Phyſicum comprehendo materiale & ſpirituale, v.g. ignem ſenſibilem, lignum &c. angelum, animam &c.) nec fuit ens rationis; Ergò medium à partè rei, quod diminutum vocari ſolet. Antecedens quoad primam partem eſt omnium Chriſtianorum, & illorum qui docent nullam creaturam fuiſſe ab æterno; quoad alteram Probatur: ſi poſſibilitas hominis eſſet ens rationis, homo nunquam poſſet eſſe à parte rei, hoc falſum eſſe patet; Ergò & illud. Probatur ſequela: ideo chimæra nunquam poteſt eſſe à parte rei, quia poſſibilitas chimæræ eſt ens rationis; Ergò &c.

Reſpondent: ſi poſſibilitas hominis eſſet ens rationis fictitium merè. C. ſi fundamentale, N. ſequelam Majoris. Contra: vel fundamentum poſſibilitatis hominis eſt ens rationis, vel reale, vel diminutum; ſi rationis; Ergò homo non erit aliter poſſibilis quàm chimæra.

Reſpondent: quòd ſit fundamentaliter à parte rei in intellectu divino. C. extra illum & velut quid diſtinctum N. Contra:

 non

non ideo homo erat poſſibilis, quia Deus intellexit, aliàs & chimæra fuiſſet poſſibilis, ſi eam Deus intellexiſſet. Confirmatur: ſcientia ſpeculativa ſupponit objectum, at Deus ſpeculativè novit poſſibilitatem hominis.

Reſpondent aliqui Negando ſuppoſitum: quòd Deus cognoſcat entia rationis, ſed de hoc proximè, modò tranſeat: ſic arguo cum Poncio: non eſſet ratio cur hominem Deus intellexiſſet, & non chimæram, nam ante actum intellectus divini ſecundum Adverſarios poſſibilitas hominis purum ens rationis erat.

Confirmatur: repugnantia chimæræ fuit ens diminutum; Ergò & non repugnantia vel poſſibilitas hominis. Probatur Antecedens: repugnantia chimæræ non eſt ens phyſicum, nec chimæra, ſicut non repugnantia chimæræ à parte rei eſt chimæra; deinde aliàs ex duobus contradictorijs neutrum eſſet verum, nam *chimæra repugnat à parte rei*, & *non repugnat à parte rei*, ſecundùm illos ſunt duo entia rationis.

Confirmatur adhuc: hæc propoſitio falſa eſt, *ens rationis eſſe impoſſibile à parte rei eſt ens rationis*, aliàs enim ens rationis à parte rei poſſibile eſſet.

Reſpondent: hanc non repugnantiam hominis, & repugnantiam chimæræ eſſe ob-

objecta ſecundaria Dei, adeóque non eſſe priùs formaliter intelligibilia, quàm à Deo intellecta conſpiciantur. Contra: antequam concipis creaturas à Deo intelligi, vel ſunt poſſibiles, vel impoſſibiles.

Reſpondent: eſſe poſſibiles objectivè & fundamentaliter. C. formaliter N. Contra: formaliter ſunt poſſibiles & plùs quàm chimæræ. Nec dicas rurſum inferri, quòd Deus majus fundamentum habuerit eas concipiendi; de eo enim quæro quid ſit, denique omnes reſponſiones adhiberi ſolitæ ſunt tales, quaſi docerem creaturas habere ex ſe quoddam eſſe phyſicum.

Probatur ſecundò & ſimul declaratur illud *eſſe diminutum* eſſe ens actuale non phyſicum, ſed metaphyſicum, ex P. Vasquez res non dicuntur talis naturæ quia à Deo cognoſcuntur eſſe talis naturæ, ſed èContra; Ergò nec res ſunt poſſibiles, quia à Deo cognoſcuntur poſſibiles, ſed èContra.

Reſpondet Maſtrius: res non accipere totaliter ſuam poſſibilitatem ab intellectu divino, & ſtatim applicat more ſolito rationem pro ſe, ſed non tantùm per hoc ſibi contradicit in ſequentibus, verùm & victas manus dat; ſic arguo: res totaliter non accipiunt ſuam poſſibilitatem ab intellectu divino; Ergò habent aliquod eſſe poſſi-

poſſibilitatis formaliter ſinè eo, quod illud? an reale phyſicum, vel rationis? Confirmatur: homo formaliſſimè eſt animal rationale, aſinus irrationale, non quia Deus cognovit, ſed ideo cognovit, quia ſic eſt; Ergò formaliſſimè poſſibilitas hominis eſt independens ab intellectu. Cæterùm: illa poſſibilitas non eſt quid phyſicum, nec futuritio phyſica, nec aliquod potentiale contingens phyſicum, quæ omnia Deus decretis ſuis ſuperaddit huic poſſibilitati, quæ eſt actualis gradus metaphyſicus proportionaliter metaphyſicè exiſtens. Præter ea quæ de ideis ſoluta ſunt.

Obijcies I. Implicat dari medium inter contradictoria, ſed illud ens diminutum eſſet medium inter contradictoria; Ergò &c. Probatur Minor: ens & non ens ſibi contradicunt, ſed eſſet medium inter hæc duo; Ergò &c. neque enim reale, vel ens eſſet, neque non ens. Reſpondeo: Negando Minorem; Probationis Majorem Diſtinguo: ens præciſum vel metaphyſicum ſumptum pro gradu, & non ens ſibi contradicunt. C. Majorem; ens phyſicũ vel ùt ait Poncius ſimpliciter tale N. ad Minorem dico, eſſe medium inter phyſicum & non ens, metaphyſicè verò eſſe ens actuale à parte rei non medium.

Inſtabis: vel illud ens diminutum eſt de-

dependens à Deo, vel eſt creatura, vel Deus, vel æternum, &c. Reſpondeo; me dudùm docuiſſe hæc eſſe prædicata phyſica, quæ gradibus non conveniunt, ſicut rationalitas nec ambulat, nec ſedet, nec jacet; futile eſt quòd errorem Wicleff adducant, nam ille creaturam ſimpliciter in eſſe phyſico videtur adduxiſſe. vide Logicam de ideis

Obijcies II. ſi creaturæ habuiſſent tale eſſe diminutum, nulla potuiſſet creari, hoc repugnat Scripturæ Sacræ; Ergò illud rationi veræ. Probatur ſequela: creatio eſt productio alicujus ex nihilo ſui, ſed jam illæ creaturæ habuiſſent aliquod eſſe ſui; Ergò, &c. Reſpondeo Negando ſequelam; Probationis majorem Diſtinguo: eſt productio phyſica ex nihilo ſui exiſtentiæ phyſicæ, aut per modum phyſici. C. ex nihilo ſui eſſentiæ. N. Majorem, ſic diſtinctâ Minore. N. Conſequentiam.

Inſtabis; illæ res ab æterno habuiſſent aliquod eſſe actuale; Ergò fuiſſent productæ ſinè nihilo ſui exiſteutiæ. Quidquid alij dicant, Reſpondeo Diſtinguendo Antecedens: habuiſſent aliquod eſſe actuale phyſicum. N. metaphyſicum. C. at creatio eſt productio illius, quod nec materiam, nec formam, nec aliud ſenſibile ſupponit. Si dicas: omne generans producit totam exi-

quòd realiſſimè non mutuò ſicut lignum & rationalitas. in hunc ſenſum inclinat P. Kircherus per artem combinatoriam, quem ſecutus poſtea vidi ferè idem in Lalemandeto, ubi dicit: eſſentia quæ eſt ab æterno diſtinguitur ab exiſtentia actuali (ſuppleo actualitate phyſicâ) ſicut res in potentia à ſemetipſa in actu, eſſentia verò actualis nullô modô, nunc

Probatur primò: vel Thomiſtæ loquuntur de exiſtentia in tempore & eſſentia quatenùs æterna, vel de utraque ab æterno, vel de utraque in tempore, ſervatâ proportione eſſentiæ ac exiſtentiæ quoad ſtatum phyſicum, vel metaphyſicum: ſi primum, omnes concedunt diſtingui realiter ſive negativè, ſive modaliter, &c. aliorum nihil dici poteſt; Ergò eſſentia actualis & exiſtentia non diſtinguuntur realiter. Probatur Minor: eſſentia æterna eſt actualis gradus metaphyſicus actualitate metaphyſicâ; Ergò impoſſibile eſt eam concipere ſinè exiſtentia metaphyſica ſua: eſſentia verò in tempore vel eſt phyſica actualis, & hanc eſt impoſſibile concipere ſinè actualitate phyſica, id eſt: exiſtentia phyſica; vel eſt metaphyſica actualis, & hanc æquè eſt impoſſibile concipere ſinè actualitate metaphyſica, id eſt: exiſtentia metaphyſica.

Reſpondebunt fortè: quòd eſſentia meta-

taphyſica actualis & exiſtentia phyſica actualis realiter diſtinguantur v. g. in Petro rationalitas ac animalitas à compoſiti phyſici exiſtentia, & ſic reſultaret quæſtio, quomodo eſſentia metaphyſica ac eſſentia phyſica, quæ eſt idem cum exiſtentia phyſica in Petro v. g. diſtinguantur: ſed hic non eſt ſtatus quæſtionis, nam certum eſt gradus metaphyſicos cujuslibet entitatis phyſicæ eidem eſſe realiter identificatos, quos Tho. inter ſe, & ab entitate phyſica diſtinguunt virtualiter, Scotiſtæ formaliter. Reſpondebunt fortè: illos inter ſe quidem diſtingui formaliter vel virtualiter, ſed ab entitate phyſica realiter, & hunc eſſe ſenſum quæſtionis, unde & illi Scotiſtæ qui dicunt diſtingui gradus formaliter inter ſe, etiam ſic diſtingui ab entitate ipſamet phyſica. Contra: imprimis hoc Thomiſta tueri non poſſet, qui dicit omnia in Petro eſſe omninò à parte rei actualiter idem, Scotiſtis verò hunc ſenſum facientibus ſubſcribo: at ille non videtur eſſe ſenſus intentus à Thomiſtis.

Confirmatur contra Thomiſtas: eſſentia actualis in Petro v. g. eſt compoſitum ex animalitate & rationalitate (ſive diſtinctum ſive indiſtinctum à partibus) ſed hæc non diſtinguitur ab actualitate vel exiſten-

quòd realiſſimè non mutuò ſicut lignum & rationalitas. in hunc ſenſum inclinat P. Kircherus per artem combinatoriam, quem ſecutus poſtea vidi ferè idem in Lalemandeto, ubi dicit: eſſentia quæ eſt ab æterno diſtinguitur ab exiſtentia actuali (ſuppleo actualitate phyſicâ) ſicut res in potentia à ſemetipſa in actu, eſſentia verò actualis nullô modô, nunc

Probatur primò: vel Thomiſtæ loquuntur de exiſtentia in tempore & eſſentia quatenùs æterna, vel de utraque ab æterno, vel de utraque in tempore, ſervatâ proportione eſſentiæ ac exiſtentiæ quoad ſtatum phyſicum, vel metaphyſicum: ſi primum, omnes concedunt diſtingui realiter ſive negativè, ſive modaliter, &c. aliorum nihil dici poteſt; Ergò eſſentia actualis & exiſtentia non diſtinguuntur realiter. Probatur Minor: eſſentia æterna eſt actualis gradus metaphyſicus actualitate metaphyſicâ; Ergò impoſſibile eſt eam concipere ſinè exiſtentia metaphyſica ſua: eſſentia verò in tempore vel eſt phyſica actualis, & hanc eſt impoſſibile concipere ſinè actualitate phyſica, id eſt: exiſtentia phyſica ... eſt metaphyſica actualis ...
impoſſibile concip...
...aphyſica ...

taphyſica actualis & exiſtentia phyſica actualis realiter diſtinguantur v. g. in Petro rationalitas ac animalitas à compoſiti phyſici exiſtentia, & ſic reſultaret quæſtio, quomodo eſſentia metaphyſica ac eſſentia phyſica, quæ eſt idem cum exiſtentia phyſica in Petro v. g. diſtinguantur: ſed hic non eſt ſtatus quæſtionis, nam certum eſt gradus metaphyſicos cujuslibet entitatis phyſicæ eidem eſſe realiter identificatos, quos Tho. inter ſe, & ab entitate phyſica diſtinguunt virtualiter, Scotiſtæ formaliter. Reſpondebunt fortè: illos inter ſe quidem diſtingui formaliter vel virtualiter, ſed ab entitate phyſica realiter, & hunc eſſe ſenſum quæſtionis, unde & illi Scotiſtæ qui dicunt diſtingui gradus formaliter inter ſe, etiam ſic diſtingui ab entitate ipſamet phyſica. Contra: imprimis hoc Thomiſta tueri non poſſet, qui dicit omnia in Petro eſſe omninò à parte rei actualiter idem, Scotiſtis verò hunc ſenſum facientibus ſubſcribo: at ille non videtur eſſe ſenſus intentu[illegible] [illegible]miſtis.

Confir[illegible] [illegible]ra Thomiſtas: eſſentia actu[illegible] [illegible]ſt compoſitum ani[illegible] [illegible]e (ſive diſtin[illegible] [illegible]bus) ſed hæc [illegible] vel exiſten-

tia

quòd realiſſimè non mutuò ſicut lignum & rationalitas. in hunc ſenſum inclinat P. Kircherus per artem combinatoriam, quem ſecutus poſtea vidi ferè idem in Lalemandeto, ubi dicit: eſſentia quæ eſt ab æterno diſtinguitur ab exiſtentia actuali (ſuppleo actualitate phyſicâ) ſicut res in potentia à ſemetipſa in actu, eſſentia verò actualis nullô modô, nunc

Probatur primò: vel Thomiſtæ loquuntur de exiſtentia in tempore & eſſentia quatenùs æterna, vel de utraque ab æterno, vel de utraque in tempore, ſervatâ proportione eſſentiæ ac exiſtentiæ quoad ſtatum phyſicum, vel metaphyſicum: ſi primum, omnes concedunt diſtingui realiter ſive negativè, ſive modaliter, &c. aliorum nihil dici poteſt; Ergò eſſentia actualis & exiſtentia non diſtinguuntur realiter. Probatur Minor: eſſentia æterna eſt actualis gradus metaphyſicus actualitate metaphyſicâ; Ergò impoſſibile eſt eam concipere ſinè exiſtentia metaphyſica ſua: eſſentia verò in tempore vel eſt phyſica actualis, & hanc eſt impoſſibile concipere ſinè actualitate phyſica, id eſt: exiſtentia phyſic[illegible] eſt metaphyſica actualis, &[illegible] impoſſibile concip[illegible] taphyſica, i[illegible]

Reſp[illegible]

taphyſica actualis & exiſtentia phyſica actualis realiter diſtinguantur v. g. in Petro rationalitas ac animalitas à compoſiti phyſici exiſtentia, & ſic reſultaret quæſtio, quomodo eſſentia metaphyſica ac eſſentia phyſica, quæ eſt idem cum exiſtentia phyſica in Petro v. g. diſtinguantur: ſed hic non eſt ſtatus quæſtionis, nam certum eſt gradus metaphyſicos cujuslibet entitatis phyſicæ eidem eſſe realiter identificatos, quos Tho. inter ſe, & ab entitate phyſica diſtinguunt virtualiter, Scotiſtæ formaliter. Reſpondebunt fortè: illos inter ſe quidem diſtingui formaliter vel virtualiter, ſed ab entitate phyſica realiter, & hunc eſſe ſenſum quæſtionis, unde & illi Scotiſtæ qui dicunt diſtingui gradus formaliter inter ſe, etiam ſic diſtingui ab entitate ipſamet phyſica. Contra: imprimis hoc Thomiſta tueri non poſſet, qui dicit omnia in Petro eſſe omninò à parte rei actualiter idem, Scotiſtis verò hunc ſenſum facientibus ſubſcribo: at ille non videtur eſſe ſ… ſus intentu… …miſtis.

Confir… …tra Thomiſtas: … tia actu… …eſt co… anim… …e(… …bu… …ve…

quòd realiſſimè non mutuò ſicut lignum & rationalitas. in hunc ſenſum inclinat P. Kircherus per artem combinatoriam, quem ſecutus poſtea vidi ferè idem in Lalemandeto, ubi dicit: eſſentia quæ eſt ab æterno diſtinguitur ab exiſtentia actuali (ſuppleo actualitate phyſicâ) ſicut res in potentia à ſemetipſa in actu, eſſentia verò actualis nullô modô, nunc

Probatur primò: vel Thomiſtæ loquuntur de exiſtentia in tempore & eſſentia quatenùs æterna, vel de utraque ab æterno, vel de utraque in tempore, ſervatâ proportione eſſentiæ ac exiſtentiæ quoad ſtatum phyſicum, vel metaphyſicum: ſi primum, omnes concedunt diſtingui realiter ſive negativè, ſive modaliter, &c. aliorum nihil dici poteſt; Ergò eſſentia actualis & exiſtentia non diſtinguuntur realiter. Probatur Minor: eſſentia æterna eſt actualis gradus metaphyſicus actualitate metaphyſicâ; Ergò impoſſibile eſt eam concipere ſinè exiſtentia metaphyſica ſua: eſſentia verò in tempore vel eſt phyſica actualis, & hanc eſt impoſſibile concipere ſinè actualitate phyſica, id eſt: exiſtentia phyſica; vel metaphyſica actualis, & hanc æq[illegible] [illegible]ſſibile concipere ſinè actualit[illegible] [illegible], id eſt: exiſtentia metap[illegible] [illegible]debunt fortè: quòd e[illegible]

taphyſica actualis & exiſtentia phyſica a-
ctualis realiter diſtinguantur v. g. in Petro
rationalitas ac animalitas à compoſiti phy-
ſici exiſtentia, & ſic reſultaret quæſtio, quo-
modo eſſentia metaphyſica ac eſſentia
phyſica, quæ eſt idem cum exiſtentia phy-
ſica in Petro v. g. diſtinguantur: ſed hic
non eſt ſtatus quæſtionis, nam certum eſt
gradus metaphyſicos cujuslibet entitatis
phyſicæ eidem eſſe realiter identificatos,
quos Tho. inter ſe, & ab entitate phyſica
diſtinguunt virtualiter, Scotiſtæ forma-
liter. Reſpondebunt fortè: illos inter ſe
quidem diſtingui formaliter vel virtualiter,
ſed ab entitate phyſica realiter, & hunc
eſſe ſenſum quæſtionis, unde & illi Scoti-
ſtæ qui dicunt diſtingui gradus formaliter
inter ſe, etiam ſic diſtingui ab entitate ipſa-
met phyſica. Contra: imprimis hoc Tho-
miſta tueri non poſſet, qui dicit omnia in
Petro eſſe omninò à parte rei actualiter
idem, Scotiſtis verò hunc ſenſum facienti-
bus ſubſcribo: at ille non videtur eſſe ſen-
ſus intentus à Thomiſtis.

Confirmatur contra Thomiſtas: eſſen-
tia actualis in Petro v. g. eſt co
ex animalitate & rationali
tum ſive indiſtinctum à
non diſtinguitur ab actu

poſſibilitatis formaliter ſinè eo, quod illud? an reale phyſicum, vel rationis? Confirmatur: homo formaliſſimè eſt animal rationale, aſinus irrationale, non quia Deus cognovit, ſed ideo cognovit, quia ſic eſt; Ergò formaliſſimè poſſibilitas hominis eſt independens ab intellectu. Cæterùm: illa poſſibilitas non eſt quid phyſicum, nec futuritio phyſica, nec aliquod potentiale contingens phyſicum, quæ omnia Deus decretis ſuis ſuperaddit huic poſſibilitati, quæ eſt actualis gradus metaphyſicus proportionaliter metaphyſicè exiſtens. Præter ea quæ de ideis ſoluta ſunt.

Obijcies I. Implicat dari medium inter contradictoria, ſed illud ens diminutum eſſet medium inter contradictoria; Ergò &c. Probatur Minor: ens & non ens ſibi contradicunt, ſed eſſet medium inter hæc duo; Ergò &c. neque enim reale, vel ens eſſet, neque non ens. Reſpondeo: Negando Minorem; Probationis Majorem Diſtinguo: ens præciſum vel metaphyſicum ſumptum pro gradu, & non ens ſibi contradicunt. C. Majorem; ens phyſicũ vel ùt ait Poncius ſimpliciter tale N. ad Minorem dico, eſſe medium inter phyſicum & non ens, metaphyſicè verò eſſe ens actuale à parte rei non medium.

Inſtabis: vel illud ens diminutum eſt de-

dependens à Deo, vel eſt creatura, vel Deus, vel æternum, &c. Reſpondeo: me dudùm docuiſſe hæc eſſe prædicata phyſica, quæ gradibus non conveniunt, ſicut rationalitas nec ambulat, nec ſedet, nec jacet; futile eſt quòd errorem Wicleff adducant, nam ille creaturam ſimpliciter in eſſe phyſico videtur adduxiſſe. vide Logicam de ideis

Obijcies II. ſi creaturæ habuiſſent tale eſſe diminutum, nulla potuiſſet creari, hoc repugnat Scripturæ Sacræ; Ergò illud rationi veræ. Probatur ſequela: creatio eſt productio alicujus ex nihilo ſui, ſed jam illæ creaturæ habuiſſent aliquod eſſe ſui; Ergò, &c. Reſpondeo Negando ſequelam, Probationis majorem Diſtinguo: eſt productio phyſica ex nihilo ſui exiſtentiæ phyſicæ, aut per modum phyſici. C. ex nihilo ſui eſſentiæ. N. Majorem, ſic diſtinctâ Minore N. Conſequentiam.

Inſtabis; illæ res ab æterno habuiſſent aliquod eſſe actuale; Ergò fuiſſent productæ ſinè nihilo ſui exiſtentiæ. Quidquid alij dicant, Reſpondeo Diſtinguendo Antecedens: habuiſſent aliquod eſſe actuale phyſicum. N. metaphyſicum. C. at creatio eſt productio illius, quod nec materiam, nec formam, nec aliud ſenſibile ſupponit. Si dicas; omne generans producit totam exiſten-

ſtentiam , phyſicam tranſeat, non metaphyſicam.

Obijcies III. cum Nominalibus, inter quos computo hic Lalemandetum, Gabrielem à S. Vincentio imò quotquot illud ens diminutum admittunt, & in ſolo nomine ponunt, niſi comparativè ad phyſica entia dicant gradus metaphyſicos eſſe entia nomine, uti & Plato de ideis ait l. c. probando quòd non ſit aliquod ens actuale: tum quia infinita entia actualia fuiſſent ab æterno; tum quia neceſſaria eſſent, &c. Reſpondeo: hæc de gradibus metaphyſiſicis omnia concedi poſſe, ſuppoſitô quòd infinita ſyncategorematicè ſint poſſibilia. Nec dicas, creatura poſſet gloriari quòd quoad principaliorem partem non dependeret à Deo, eſſet æterna, &c. Reſpondeo Negando illatum: quia creatura jam habet eſſentiam participatam phyſicô modô, quæ omnia à Deo dependent, illi verò gradus & ideæ non admittunt in ſtatu tertio ulla prædicata phyſica.

QUÆSTIO II.

Quomodo Diſtinguatur Eſſentia & Exciſtentia?

DIco: eſſentia rei actualis & exiſtentia nullô modô diſtinguuntur à parte rei, ita Sco. in 3. d. 6. q. 1. contra Thomiſtas po-

ponentes realem diſtinctionem, & quamplures Scotiſtas formaliter diſtinguentes, ut autem certa ab incertis ſeparentur in hac aliàs intricata materia

1. Suppono exiſtentiam aliam eſſe phyſicam, aliam metaphyſicam, v. g. Petrus, hæc menſa exiſtunt exiſtentiâ phyſicâ; realitates verò metaphyſicâ v. g. animalitas præciſa eſt ens, vel gradus potiùs metaphyſicus; deinde & eſſentiam aliam eſſe phyſicam, aliam metaphyſicam, v. g. quòd Petrus ſit animal rationale dicitur ejus metaphyſica eſſentia, quòd verò ſit compoſitum ex corpore & anima, eſt illius eſſentia phyſica: tertiò quòd eſſentiæ ab æterno habeant actualitatem metaphyſicam, non verò phyſicam, ubi vides quando titulus eſt, quomodo eſſentia & exiſtentia diſtinguantur, multos concedere quod volunt negare, & ècontra ex non recta intelligentia. Porrò ſi quæras, quomodo eſſentia metaphyſica & exiſtentia metaphyſica diſtinguantur? dico, quòd purè per intellectum. Si verò petas, quomodo eſſentia phyſica actualis actualitate phyſica diſtinguatur ab exiſtentia phyſicâ? Dico idem, quòd per intellectum; ſi verò, quomodo eſſentia metaphyſica, & exiſtentia phyſica, vel actualitas pro gradu, id eſt: exiſtentia metaphyſica & eſſentia phyſica? Dico, quòd

quòd realiſſimè non mutuò ſicut lignum & rationalitas. in hunc ſenſum inclinat P. Kircherus per artem combinatoriam, quem ſecutus poſtea vidi ferè idem in Lalemandeto, ubi dicit: eſſentia quæ eſt ab æterno diſtinguitur ab exiſtentia actuali (ſuppleo actualitate phyſicâ) ſicut res in potentia à ſemetipſa in actu, eſſentia verò actualis nullô modô, nunc

Probatur primò: vel Thomiſtæ loquuntur de exiſtentia in tempore & eſſentia quatenùs æterna, vel de utraque ab æterno, vel de utraque in tempore, ſervatâ proportione eſſentiæ ac exiſtentiæ quoad ſtatum phyſicum, vel metaphyſicum: ſi primum, omnes concedunt diſtingui realiter ſive negativè, ſive modaliter, &c. aliorum nihil dici poteſt; Ergò eſſentia actualis & exiſtentia non diſtinguuntur realiter. Probatur Minor: eſſentia æterna eſt actualis gradus metaphyſicus actualitate metaphyſicâ; Ergò impoſſibile eſt eam concipere ſinè exiſtentia metaphyſica ſua: eſſentia verò in tempore vel eſt phyſica actualis, & hanc eſt impoſſibile concipere ſinè actualitate phyſica, id eſt: exiſtentia phyſica; vel eſt metaphyſica actualis, & hanc æquè eſt impoſſibile concipere ſinè actualitate metaphyſica, id eſt: exiſtentia metaphyſica.

Reſpondebunt fortè: quòd eſſentia meta-

taphyſica actualis & exiſtentia phyſica actualis realiter diſtinguantur v. g. in Petro rationalitas ac animalitas à compoſiti phyſici exiſtentia, & ſic reſultaret quæſtio, quomodo eſſentia metaphyſica ac eſſentia phyſica, quæ eſt idem cum exiſtentia phyſica in Petro v. g. diſtinguantur: ſed hic non eſt ſtatus quæſtionis, nam certum eſt gradus metaphyſicos cujuslibet entitatis phyſicæ eidem eſſe realiter identificatos, quos Tho. inter ſe, & ab entitate phyſica diſtinguunt virtualiter, Scotiſtæ formaliter. Reſpondebunt fortè: illos inter ſe quidem diſtingui formaliter vel virtualiter, ſed ab entitate phyſica realiter, & hunc eſſe ſenſum quæſtionis, unde & illi Scotiſtæ qui dicunt diſtingui gradus formaliter inter ſe, etiam ſic diſtingui ab entitate ipſamet phyſica. Contra: imprimis hoc Thomiſta tueri non poſſet, qui dicit omnia in Petro eſſe omninò à parte rei actualiter idem, Scotiſtis verò hunc ſenſum facientibus ſubſcribo: at ille non videtur eſſe ſenſus intentus à Thomiſtis.

Confirmatur contra Thomiſtas: eſſentia actualis in Petro v. g. eſt compoſitum ex animalitate & rationalitate (ſive diſtinctum ſive indiſtinctum à partibus) ſed hæc non diſtinguitur ab actualitate vel exiſten-

tia metaphyſica, neque phyſica; Ergò, &c. Probatur Minor: cùm nullum ſit ſignum diſtinctionis. Nec dicas, illam fuiſſe aliquando ſeparatam ab exiſtentia phyſica, quæ eſt ultimum illius complementum. Contra: vel illa eſſentia eſt producta à Deo & extra nihil inquit Maſtrius & Compendiatores; ſed Thomiſtæ, vel ego ſaltem Reſponderem: hæc eſſe prædicata phyſicæ eſſentiæ competentia, poſſe autem intelligi metaphyſicam eſſentiam diſtingui realiter. Contra eſt, quòd hoc nequaquam in ſchola D. Thomæ dici queat, cùm illi gradus metaphyſicos doceant eſſe & diſtingui fundamentaliter, imò hoc ſenſu contradicerent doctrinæ de diſtinctione virtuali; nec ab alio dici poſſet, cùm omnes iſti gradus ſaltem ab extrinſeco ſingularizentur.

Probatur ſecundò: quòd nec formaliter diſtinguantur niſi intelligant in ſenſu cui ſuprà ſubſcripſi, NB. non eſt alius conceptus objectivus eſſentiæ metaphyſicæ actualis, & conceptus exiſtentiæ ejuſdem: Ergò non diſtinguuntur formaliter. Probatur Antecedens: conceptus exiſtentiæ metaphyſicæ eſt actualitas, ſed eôipſò quo eſt eſſentia actualis, id eſt non vera quia intellectus fingit, ſed ècontra, hunc importat; Ergò.

Re-

Reſpondent: realiter importari. C. formaliter N. Contra: nequidem ab eſſentia poteſt intellectualiter præſcindi actualitas; Ergò minùs formaliter diſtinguitur. Probatur Antecedens: eôipſô enim non eſſet ratio objectiva æterna independens ab intellectu metaphyſicè exiſtens: ſicùt præſciſô animali non eſt homo metaphyſicè compoſitus. Confirmatur: eſſentia metaphyſica ùt diſtincta juxta Adverſarios ab exiſtentia metaphyſica formaliter, vel eſt gradùs actualis, vel non; ſi ſecundum, erit ens rationis; ſi primum, aliâ exiſtentiâ non eget.

Colliges: hanc quæſtionem pati multiplicem ſenſum, unde confuſè loquentes alij ſcientiam non pariunt; & ſi dicas apud omnes clarum eſſe, quòd loquantur de exiſtentia phyſica, quam habent creaturæ creatæ vel productæ, rurſus quæro de quanam eſſentia. An metaphyſica vel phyſica actuali? ſi dicant, phyſica, utì deberent, ut loquantur proportione ſervatâ, falſum eſt eam poſſe concipi ſinè actualitate phyſica. Si dicas, eſſentiam phyſicam non poſſe quidem concipi ſinè actualitate phyſica, benè tamen actualitatem phyſicam, quia hæc reperitur in multis, non autem eadem eſſentia phyſica. Contra: falſum eſt, quòd exiſtentia phſiyca Pe-

tri v. g. ſit etiam exiſtentia phyſica Pauli, ſicut de gradibus metaphyſicis dici poteſt.

Objectiones in contrarium ſolvi, & conciliari poſſunt ex his, & tædiô afficior cùm tòt Authores fuſê hac de re egerint, & vix ullus ſtatum perceperit, vel abunde declaraverit. Videatur Lalemandet, Sanchez in methodo Lulliana. Maſtrius, Kircherus, & alij magis obvij.

QUÆSTIO III.

Quid ſit Subſiſtentia vel Perſonalitas?

DIco: dependenter à fide datur quoad nos perſonalitas creata realiter diſtincta à natura & ſingularitate, conſiſtens in poſitiva realitate circumſcribi ſolita per negationes actualis & aptitudinalis independentiæ in ordine ad potentiam naturalem. Concluſio eſt Scoti probabilem cenſentis oppoſitam, quam plurimi Scotiſtæ de mente Doctoris altercantes amplectuntur, ſcilicet oppoſitam quòd in negativo conſiſtat, noſtra verò concluſio eſt in ſchola Thomiſtica, ac Neutriſtica frequentior, & eam Lychetus inſignis Scoti interpres pro roſtris tuetur.

Explicatur: primò dicitur quòd dependenter à fide detur quoad nos, nam ex fide habemus quòd Verbum aſſumpſerit naturam humanam ſingularem, ſed non perſo-

ſonalitatem creatam, proinde id Chriſtiani reperierunt, quòd eſtò ſemper fuerat, non tamen puris Philoſophis innotuerat, ex quo & patet perſonalitatem realiter diſtingui à ſingularitate; deinde revidenda ſunt quædam de individuo, ejusque principio in Logica: Præterea ſciendum eſt quòd illud nomen ſubſiſtentia ſignificet idem quod hypoſtaſis, & quondam malè confundebatur cum ſubſtantia, quod modo non licèt facere; inſuper quòd ſubſiſtentia vocetur perſonalitas, ſuppoſitalitas, prout declaravi in Logica. Quibus communiter receptis diſputatur, an ſubſiſtentia ſit quid poſitivi, an verò formaliter duplex negatio, quâ natura reddatur incommunicabiliter alteri exiſtens ùt quo, & ut quod: poſteriùs pro vera Scoti opinione tenent Faber, Meuriſſe de pytigianis de incarnatione ſpeculativa morali, Maſtrius & Compendiatores primum.

Probatur primò: perſonalitas in divinis eſt quid poſitivum, & perſonalitas Verbi ſupplet perſonalitatem creatam; Ergò illa creata quæ ſuppletur eſt etiam quid poſitivum.

Reſpondent: eſſe plurimas diſparitates, quia fides nos docet divinas perſonalitates eſſe poſitivas, & illas aſſignat, nec omnia in creatis debent eſſe, quæ in divinis,

 nam

nam ibi ſapientia eſt ſubſtantia, in creatis accidens. Contra: in creatis perſonalitatem dari, conſtat dependenter à fide; Ergò etiam aſſimilanda eſt divinis perſonalitatibus, ſi nulla infinitas ſequatur, ſed hæc non ſequitur, ùt ipſi Scotiſtæ docent; Ergò reſponſio & retorſio nulla. Confirmatur: Maſtrius vocat *negationes nihil*; Ergò cùm SS. PP. & Concilia dicant, Verbum ſupplere, & conſumere perſonalitatem creatam, hæc *negatio* dici nequit.

Reſpondent Compendiatores: eſſe nihil comparativè ad ens poſitivum. C. ſimpliciter N. Contra: Maſtrius diſp. 2. n. 278. & alibi, inquit: nec cum addito debere vocari ens; Ergò purum nihil docet eas eſſe, ſed hoc dato, quòd ſint negationes entia ùt ipſe tradidi, adhuc in ijs nequit conſiſtere perſonalitas creata, nam omnis negatio fundatur in aliquo poſitivo.

Reſpondent: illas negationes fundari in poſitivo quæ repugnantiam inferunt, qualis eſt negatio communicabilitatis conſequens ad perſonalitatem divinam. C. quaſcunq; negationes fundari in poſitivo N. & hoc valet quoque pro diſparitate inter divinam & creatam. Contra: etiam natura creata non repugnat communicari ſpecificativè perſonata repugnantiâ ſimpliciter, repugnat tamen naturaliter communicari

mu-

municari. Nec dicas: hanc eſſe repugnantiam impropriè, nam benè dico, repugnat amari à Deo ſinè gratia inhærente: deinde omnis negatio in poſitivo fundatur, ſed nequit fundari in natura, vel ſingularitate; Ergò &c. Probatur Minor: negationes immediatè in natura fundari ſolitæ, ſunt formaliter inſeparabiles, v. g. negatio naturæ ligni in lapide &c. atqui negationes iſtæ ſunt actu ſeparatæ; Ergò &c.

Probatur ſecundò: perſonalitas, præſcindendo an conſiſtat in poſitivo, vel negativo, vel importat perfectionem vel non, quidquid dixerint impugnabo; ſi primum, in quocunque illam conſtituant, deerit Chriſto quod nobis improperant Adverſarij, ſi ſecundum, eſtò in poſitivo conſiſtat, non deerit Chriſto perfectio, ùt nobis imputant ſequi. Nec dicas: fore perfectionem ſi in poſitivo conſiſtat, non autem ſi in negativo, nam præter perfectionem entis nulla convenit divinæ perſonalitati; Ergò nec creatæ. Confirmatur: individuatio eſt gradus poſitivus; Ergò & perſonalitas, utrinque enim conceptum objectivum habes per negationes explicari ſolitum.

Obijcies: ſi perſonalitas creata eſſet quid poſitivum, deeſſet Chriſto perfectio,

& natura humana Chriſti ſinè illa perfectione ſibi debita foret in ſtatu violento, imò illa eſſet inaſſumptibilis indéque incurabilis. Reſpondeo: quòd ſit perfectio perſonalis non naturæ, & quòd ex ratione ſua ſomali ſit inaſſumptibilis, imò & incurabilis negativè, nam curari convenit phyſico homini, foret autem in ſtatu violento, ſi non ſuppleretur æquè per aliam. C. ſi ſecùs N. imò & hoc retorqueri poſſet. Si quæras: an poſſit ſeparari? dico quòd ſic non mutuò, v.g. natura poteſt eſſe ſinè hac perſonalitate, at perſonalitas nequit eſſe ſinè aliqua ſaltem natura; imò & natura disjunctivè tantùm poteſt ſeparari à perſonalitate; ſi petas: an ſit accidens, vel ſubſtantia? dico eſſe formalitatem metaphyſicam perſonalem, ſicut ſingularitas eſt gradus individualis, & ultimatè dico cum Cajetano, eſſe entitatem perſonalem ex ratione ſua talem, v.g. inaſſumptibilem, & hoc modo omnia ſolvi ipſe Meuriſſe fatetur, hinc nec oritur compoſitio cùm ſit formalitas completiva in eſſe perſonalis. De his plura in Theologicis.

DISPUTATIO VI.

De Ente Rationis.

SUpereſt agere de Ente rationis per aſſenſum indirectè, ut ejus impoſſibilitas pro-

propriè conſiderationis metaphyſicæ innoteſcat, nam à reali & rationis per diſſenſum ad minus inadæquatè præſcindere licebit, uti alij de individuo & ente poſitivo ùt ſic loquuntur.

QUÆSTIO I.

Quid ſit, vel in quo formaliter conſiſtat Ens rationis?

DIco: Ens rationis eſt illud quod habet eſſe objectivè in intellectu, & ſubjectivè in re cognita. Ita Sco. q. 11. de Univerſalibus contra Thomiſtas, qui nolunt illud eſſe ſubjectivum recipere, imò & Scotiſtæ quilibet, pro ſuo genio aliam definitionem excogitat, quas omnes reijcio niſi cum hac concordaverint.

Suppono autem aliquid dici ens rationis multipliciter, *primò* illud quod eſt in intellectu, tanquam ſubjecto velut omnis actus, vel habitus intellectualis, qui tamen ſunt realia; *ſecundò* omne objectum eſtò ſit reale phyſicum, v. g. lapis, vel metaphyſicum, v. g. rationalitas; *tertiò* pro poſſibili reali, quale eſſe habet Antichriſtus; ſed hæc cùm dentur ſinè ope intellectûs, abuſivè vocantur entia rationis, ipſum enim licèt definiri non poſſit ùt ens reale, tamen dicitur eſſe illud, quod nullum eſſe habet, quàm objectivum in intellectu, in quo ta-

lis relatio rationis ſundatur, & ſi hoc eſſe objectivum habeat fundamentum in re, dicitur ſundamentale ens rationis, ſi verò ſinè fundamento, vocatur fictitium; exemplum primi eſt *genus*, vel *ſecunda intentio*, alterius *hirco-cervus*; mihi tamen viſum ſemper fuit, gradus metaphyſicos ſolùm quoad nomen poſſe dici entia rationis, cùm in ſe ſint intelligibiles formaliter, quia ex natura ſua tales, quidquid tamen ſit, his præmiſſis, & ſuppoſito ex q. 1. diſp. 1. hic quòd detur Ens rationis contra Mayronium, & Valleſium.

Probatur primò: Ens rationis eſſe illud quod habet tantùm eſſe objectivè in intellectu, id eſt: quod ideo habet eſſe, quia ab intellectu fingitur: tum quia definitur oppoſitô modô reali, quod non ideo eſt quia fingitur; tùm ex conditionibus bonæ definitionis, quantùm de ente ficto, ſive cum ſive abſque fundamento, licèt.

Probatur ſecundò: quòd ens rationis formaliter ſit relatio rationis ſubjectata in re cognita ac ficta per intellectum, v. g. dum intellectus fabricat *hirco-cervum*, ille nullum eſſe habet, quàm illud eſſe objectivum in quo talis relatio rationis terminata ad potentiam fundatur: quando intellectus cognoſcit objectum reale, fundatur in cognito relatio realis cogniti, qua denomi-

minatur objectum cognitum; Ergò quando intellectus facit ens rationis, in eo fundatur relatio rationis, qua denominatur factum. Confirmatur: ad abſolutum in cauſa, ſemper eſt abſolutum in effectu; Ergò poſito intellectu, ponitur ens rationis; deinde in illo effectu proportionalis relatio exurgit: ex quo facile deſciſa manet fuſa & confuſa aliorum petitio, an formaliter ſit denominatio extrinſeca, illa enim relatio rationis dicitur denominare rem cognitam *extrinſecè negativè*, id eſt: non *intrinſecè* verè, cùm ſit relatio rationis admodum realis denominantis *intrinſecè* ſubjectum. Ex quo conſtat P. Lalemandetum Scoti opinionem non intelligere, cùm doceat illud ſubjectum eſſe ipſas res reales, ex quibus fit ens rationis, v.g. combinando *hircum* & *cervum*, aliud enim eſt quærere, an ens rationis ſit intelligibile quoad fundamentale, imò & formale ſuum; priusquam actu intelligatur, de quo controvertunt Maſtrius & Poncius, aliud an eſſe ipſius formale ſit ſubjectivè in re fabricata velut relatio, ac proinde cum denominatione ex-vel intrinſeca, nam Poncius q. 2. de Ente rationis in Logica, probat ens rationis ſecundùm ſuum eſſe formale, & fundamentale, eſſe intelligibile priusquam intelligatur directè, idque fuſè, ſed bene in

addi-

additione contra Maſtrium probat, & tamen negat q. 5. ibidem reſultare ſimilem reſpectum rationis, ſed malè, nam omnes probationes ejus ſolvo per hoc, quòd quale eſſe habet ſubjectum, tale & cum proportione relatio.

Obijcies I. entia rationis debent concipi ad modum entium, licèt veram entitatem non habeant, ſed hoc non exprimitur in definitione; Ergò, &c. Reſpondeo Diſtinguendo Majorem: vel directè vel reflexè. C. neceſſariò reflexè. N. Ma. & dico directam conceptionem exprimi, quòd nullum eſſe habeat, niſi quod intellectus ei dat.

Inſtabis: privationes, denominationes extrinſecæ, &c. ſunt entia rationis. Sed illæ habent aliquod eſſe diſtinctum ab illo eſſe cogniti. Reſpondetur primò: illa eſſe entia rationis fundata; ſed malè, licèt enim non ſint poſitiva, vel accidentia intrinſeca, non tamen paries dicitur habere negationem angeli, vel eſſe viſûs, quia fingo, ſed independenter ab omni ope intellectûs. Reſpondeo ergò: ſi conſiderentur ad modum poſitivi, & intrinſeci. C. ſecùs. N. hoc eſt, putans privationem eſſe formam, viſionem eſſe intrinſecè in pariete, facit quidem entia rationis, at ſecundùm ſe minimè ſunt entia rationis

In-

Inſtabis: ſecundæ intentiones ſunt entia rationis fundata, ſed illæ habent eſſe quoddam prævium; Ergò, &c. Reſpondeo Diſtinguendo Majorem: quoad nomen. C. quoad rem importatam. N. nam illa nomina genus, ſpecies &c. ſunt ficta vel translata à ſignificatione phyſica pro qua primitus erant inſtituta, ad paucis comprehendenda multa, cæterùm rationes illarum ſunt à parte rei metaphyſicè actualiter, vel ſi ſint intentiones ſecundæ logicales ad minus virtualiter. vide Logicam Utentem.

Objicies II. ſi ens rationis eſſet in aliquo ſubjectivè, haberet ſe ùt intellectio, vel habitus, quia nec iſta habent aliud eſſe, quàm productivum, ſubjectivum, & objectivum intellectûs. Reſpondeo Negando ſequelam: quia poſteriora fundantur in reali ſubjecto, ens rationis pro formali in illo eſſe objectivo ab intellectu fabricato.

Inſtabis: ſaltem haberet proprietates accidentis realis v. g. inhæreret ſubjecto, imò & eſſet accidens reale. Reſpondeo Negando ſequelas; vel Diſtinguo: ſi inhæreret inhærentiâ reali. C. ſi inhærentiâ rationis tantùm. N. Nec dicas: ab æterno verum eſt, quòd inhæreret velùt relatio rationis, ſicùt de gradibus metaphyſicis ſæpè loquor. Contra eſt: quòd in relatione

tione rationis nequit fundari realis, cujus ratio ultima eſt, quia ens rationis tale eſt, metaphyſicum verò tale,ſcilicet tertij ſtatûs, ac medium inter rationis & phyſicum.

QUÆSTIO II.

An ſolus intellectus ſit cauſa Entis rationis?

DIco: omnem potentiam vitalem poſſe facere Ens rationis. ita ex profeſſo cum Scoto plurimis locis, ubi eſſe volitum, & eſſe cognitum eorum, quæ aliud eſſe non habent, quàm objectivum, vocat entia rationis: intelligo autem per potentias vitales intellectum, voluntatem, ac phantaſiam,nam ſenſus externos errare non poſſe, doceo in lib. de Anima. hæc concluſio tenetur permiſcuè in omni ſchola, apud Scotiſtas de voluntate multi,de phantaſia pauci, de intellectu omnes affirmativam pronuntiant.

Probatur primò de intellectu: tum conſenſu eorum qui concedunt entia rationis fingi; tum quia intellectus poteſt judicare eſſe plures Deos, inferre ex eo quòd quis ſit homo, eſſe lapidem; abſolutè & comparativè ſuos actus producendo; Ergò,&c. Ex quo & colliges per quos actus id fiat, ſcilicet per abſolutos, &c. imò directè fabricando ens rationis & reflexè objectum illius

lius directæ cognitionis conſiderando ens rationis efformat.

Probatur ſecundò de phantaſia; tum quia præter ſolum nomen ſufficiens diſtinctio inter illam & intellectum in lib. de anima hactenus non eſt oſtenſa, quòd & Baro tacitè inſinuat, docens intellectum nihil agere niſi cooperante phantaſiâ: tum quia phantaſia eſt potentia collativa, nam canis præponit carnem lignô: Ergò poteſt conferre uſque adeò, ùt reſpectus vel relatio rationis reſultet. Confirmatur: non minùs poſſum ſomniare vel imaginari eſſe tres Deos, quàm judicare: Ergò, &c.

Reſpondent: his caſibus intervenire intellectum. At Contra: canis poteſt ſibi imaginari aliquid quod nec eſt, nec eſſe poteſt, nam & bruta ſomniant; deinde tali modo phantaſiam indiſtinctam ab intellectu concludam.

Reſpondent: phantaſiam in bruto vel ſomnio intuitivè verſari circa ſenſibilia præſentia, abſtractivè per ſpecies aliquando poſſeſſas. Contra: amentes qui non habent actus ſecundos potentiæ intellectivæ, ſibi imaginantur ſe eſſe Deos, &c. ſed hi actus ſunt phantaſtici, hinc & phantaſtæ dicuntur, Ergò ſuppoſitô, quòd alia potentia ſit phantaſtica & immaginativa, quæ & in brutis docetur eſſe, ab intellectu, hi a-

ctus

ctus probabiliùs non ſunt ab intellectu, nam tales inſipientes comparandi ſunt jumentis quoad actus ſecundos. Nec valet dicere: phantaſiam tali caſu apprehendere ſolùm realia v.g. colores, &c. intellectum verò combinare ſubſtantiam. Contra ait Hermann: quòd ovis nòn fugiat colores lupi ſed etiam ſubſtantiam, ſed hoc falſum puto, nam ovis fugiet lupum pictum, ſi verè colores vivi habeat, hinc & pictor quidam fertur aves decepiſſe per botros ad vivum depictos. Cæterùm, benè inquit falſum eſſe quod phantaſia non combinet, nam in ſomno fiunt plura hujuſmodi, & talia in brutis colligimus contingere. Confirmatur: Adverſarij concedunt phantaſiam puram poſſe imaginari quæ non ſunt, v.g. montem aureum: Ergò etiam quæ nec eſſe poſſunt v.g. alterum Deum, vel hirco-cervum, imò phantaſia poteſt combinare ſenſibilia hirci & cervi; Ergò non excedit ſuam ſphæram.

Reſpondent: componere accidentia. C. ſubſtantiam. N. ſed docui ſubſtantiam phyſicam eſſe mera ſenſibilia; deinde in via communi loquendo, phantaſia eſt collativa, memorativa, imaginativa, imò imaginatio phantaſtica dicitur ab his quæ non fuerunt unquam, & quæ nec eſſe poſſunt, hoc ſecundum addo, quia vel has po-

tentias

tentias nolo diſtingui ab intellectu, vel æquè de phantaſia ac intellectu hic infero.

Probatur tertiò de voluntate: voluntas poteſt appetere aliquid quod nec eſt, nec eſſe poteſt, ſed tali caſu reſultat relatio rationis; Ergò, &c. Major declaratur: non quidem ùt Maſtrius & Compendiatores, dico voluntatem poſſe fingere, hoc enim ſolius intellectus eſt, ſed rem fictam poteſt inefficaciter ad minus amare, & optare, ut eſſet, v. g. poſtquam intellectus apprehendit Deum alterum, voluntas poteſt optare ut ſit homo ille Deus alter, ubi volitum eſt purum objectivum in quo fundatur relatio ratiojonis voliti, unde NB. licèt voluntas illi nòn det illud eſſe objectivum, tamen eſt cauſa relationis reſultantis, ex quo patet me in probatione longè ab alijs diſcrepare, imò Poncius ſubſcriberet, niſi illam relationem rationis timeret, quam tamen Sco. q. 9. & 11. univerſ. & ſæpiſſimè docet, & in 1. d. 16.

Reſpondet Poncius: poni reſpectum rationis fundamentalem, C. formalem. N. Contra: per intellectum reſultat formalis; Ergò & per voluntatem. Probo contra ipſum Antecedens: ſi objectum intellectûs eſſet reale, in via Scoti non tantùm eſt relatio realis fundamentalis, ſed formalis

diſtincta; Ergò cùm illud ens rationis ab intellectu factum non ſit reale, ſed fictitiũ, à proportione reſultat relatio rationis eſſe cogniti. Confirmatur ex his quæ de immutabilitate Dei docebo ſingulari penè ſententiâ.

Obijcies I. ens rationis fit à ſola potentia ipſum percipiente, ſed phantaſia ipſum non percipit; Ergò &c. Probatur Minor: phantaſia ſolùm apprehendit ens ſenſibile exiſtens, vel exiſtere potens, quia nequit diſcernere ſubſtantiam ab accidentibus, ùt de avibus deceptis per pictos botros patet. Reſp. Negando Min. & Antecedèns probationis: tùm quia de ſubſtantia phyſica parum teneo; tum quia & homo ſic deceptus fuit per pictas cortinas; Ergò ſignum eſt imaginari poſſe, quæ nec ſunt, nec eſſe poſſunt.

Inſtabis: tali caſu phantaſia ſolos colores & figuram percipit, quæ eſſe poſſunt in homine picto ac vero, imò aliàs excederet ſphæram ſuam imaginatio, quæ verſatur circa ſenſibilia. Reſpondet Suarez: ex hoc ſequi phantaſiam puram non poſſe facere, fortè tamen in homine vicinam cooperanti rationi; ſed licèt bona videatur ratio; Reſpondeo Negando ſuppoſitum: ſphæram imaginativæ eſſe ſenſibilia duntaxat poſſibilia, höc enim admiſsô ceſſat

quæſtio,

quæſtio, cùm enim conſtet phantaſiam eſſe collativam in brutis, imaginativam &c. reſpectum rationis reſultantem infero, imò & fabricam eſſe objectivi dat multis, vel facit phantaſia.

Obijcies II. voluntas non dat eſſe objectivum; Ergò &c. Probatur Antecedens; voluntas non dat *eſſe* entibus realibus; Ergò nec fictis. Reſpondeo Diſtinguendo Antecedens: non dat *eſſe* objectivum *cogniti*. C. *voliti* N. ad probationem dico, nec intellectum dare *eſſe* realibus niſi *cogniti*, & ſic voluntas dat *eſſe voliti*.

Inſtabis: quando voluntas daret illud *eſſe voliti*, jam ens rationis eſſet factum; Ergò illa non faceret. Reſpondeo ùt ſtatim, illa non faceret ſecundùm *eſſe* intentionale *cogniti*. C. *voliti* N. ſicut enim ad *eſſe cogniti* reſultat reſpectus rationis, ità & ad *eſſe voliti*, ſicut quando unus intellectus facit ens rationis ſimile alteri, eſtò voluntas præſupponat *eſſe cogniti*, ipſa tamen eſt cauſa ejuſdem in *eſſe voliti*. Nec dicas, quomodo vocabitur rationis cùm non ſit à ratione quà volitum, dico in quantum nihil eſt reale.

Colliges: alios Philoſophos docentes ſenſus externos poſſe errare aliter, quàm occaſione, inconſequenter hìc negare ſenſibus externis fabricam entis rationis; un-

de hôc ſuppoſitô Arriaga & Baro hìc aptiùs loquuntur cæteris, ego autem in animaſtica everto hypotheſin.

QUÆSTIO III.

An Deus & Angelus poſſint facere Entia rationis?

DIco: Deus indirectè cognoſcit entia rationis, & ſic cognoſcendo entia rationis facit. Prima pars eſt Suarez contra alios communiter; altera pars ex Scotiſtis æq; paucos fautores habet, ſed

Probatur Primò: Deus cognoſcit impoſſibilitatem entis rationis à parte rei; Ergò indirectè entia rationis. Probo Conſequentiam contra Poncium: qui ex hoc infert directè cognoſci: cognoſcendo poſſibilitatem Antichriſti non cognoſco directè Antichriſtum: Ergò &c. Confirmatur: Deus novit cogitationes hominum & objecta earundem; Ergò ſaltem indirectè entia rationis cognoſcit, imò alias nec comprehenderet ſecreta voluntatum noſtrarum, modò in bonum verum, modò præfixum tendentium.

Reſpondet Vasquez: illos actus cognoſci à Deo in quantum tendunt ad realia ex quibus reſultat ens rationis. C. aliter N. Contra: Deus cognovit quid Lucifer appetierit, ſed hoc reale non erat; Ergò &c.

Pro-

Probatur altera pars: ille facit ens rationis, in cujus intellectu ipſum eſt objectivè, ſed cognoſcendo entia rationis indirectè (à potiori directè) habet Deus illa objectivè in ſuo intellectu; Ergò &c.

Reſpondent Diſtinguendo Majorem: in cujus intellectu eſt objectivè practicè. C. ſpeculativè N. Contra: atqui eſſent in divino intellectu practicè; Ergò &c. Probatur ſubſumptum: intellectus habens pro termino ſuæ intellectionis ens, quod aliud eſſe non habet, illud dicitur practicâſſe, ſed Deus cognoſcendo impoſſibilitatem realem entis rationis, ipſum indirectè habet pro termino, quod aliud eſſe non habet; Ergò &c.

Reſpondent Diſtinguendo Minorem: habet ipſum per modum objecti. C. per modum effectûs N. Contra ait P. Tranquillus: ſi eſt objectum, eôipſô eſt effectus intentionalis, quia poſito caſu nullum aliud eſſe objectivum haberet. ſed

Reſpondent aliqui: controverti an Deus etiam faciat entia rationis, quando cognoſcit illa ab homine facta, ſed & hoc caſu illa à Deo fieri aſſevero, quia ſic quoque habent eſſe objectivum in mente Dei.

Reſpondent cum Gillio: duplex eſſe objectivum dari, primum quod accipit tale ens ab intellectu, alterum quod jam ſup-

ponit eſſe primum, imò ſic & realia ſecun-dô modô objici, & hinc dicunt in mente Dei habere eſſe objectivum ſecundô modó ſumptum, non primum. Contra: hæc diſtinctio ſolô nomine à primâ differt; ſic eam impugno: quando Deus cognoſcit illud eſſe objectivū à mente creata formatum, vel pro termino habet quid reale, vel fictum. Nec dicas, iterùm terminari ad fictum ſpeculativè. Contra: per illud eſſe ſpeculatum à Deo reſultat relatio rationis, ſicut quando Deus cognoſcit reale, in illo reali fundatur reſpectus realis; Ergò &c. Confirmatur: dum ens rationis ab homine factum à Deo cognoſcitur, non cenſetur eſſe objectū intellectûs humani, ſed divini indirectum terminativum ſecundarium; Ergò Deus dat illi ſimile eſſe objectivum, vel, ſi attingat idem numerô negativè, adhuc exurgit reſpectus rationis.

Colliges: à potiori Angelum poſſe facere entia rationis, & Deum directè nequaquam facere entia rationis, imò & illi Authores qui docent Deum directè illa facere ſibi contradicere, fatentur enim quòd Deus illa faciat per diſſenſum, ſed hoc eſt ea indirectè cognoſcere; Ergò &c.

Objicies: nihil quod eſt imperfectionis in creatura debet poni in Deo, ſed creatura facit

facit ens rationis ex imperfectione; Ergò &c. Probatur Minor: creatura facit ens rationis, ut per ejus cognitionem clarè deveniat in notiam entis realis, in quantum contraria à contrarijs magis eluceſcunt, ſed hoc oritur ex imperfectione; Ergò. Reſpondeo Negando Minorem: Probationis Majorem Diſtinguo: ut deveniat diſcurſivè & collativè, vel arguitivè in notitiam, tranſeat, ut unico actu & ſimpliciter N. Majorem; ſic diſtinctâ Minore, Nego Conſequentiam: *dixi tranſeat*, quia in metaphyſica etiam per diſſenſum fit à ſapiente, eſtò per accidens fiat directè, non ſic à Deo.

Inſtabis: etiam intuitivè, ac unico actu facere ens rationis eſt imperfectio, v. g. ſi homo per apprehenſionem faciat ens rationis, quia facere ens rationis eſt apprehendere rem aliter ac in ſe eſt. Reſpondetur fieri intentionaliter. C. realiter N. ſed meliùs

Reſpondeo ùt ſtatim Diſtinguendo: directè. C. per modum primi cognoſcentis omnia N. & ſi quæras an Deus idem numerô faciat, vel ſimile, dico pro formali reſultare alium reſpectum rationis, aliàs dicatur idem negativè cum eo quod fecit intellectus creatus; quòd ſi quis tueatur ta-

lem reſpectum non reſultare, vel ſalter in eo non conſiſtere ens rationis, adhuc Deus indirectè cognoſcit & facit per diſſenſum. Explicit ad Ma. Dei Glo. Nom. JESU Exalt. & Imm. V. M. Decorem, O. SS. Honorem ac noſtram ſalutem prima pars Metaphyſicæ tranſcendentis.

TRA-

TRACTATUS II.

De Ente in ordine ad ſua inferiora.

INferiora entis quidem ſparſim enumerata ſunt, ſed hactenùs meri gradus tranſcendentes, qui quia ſi omni enti reali poſitivo conveniunt, proinde organum categoriarum, id eſt libros prædicamentorum in quibus adæquatæ coordinationes ſubijcibilium, ac prædicabilium pro diſtincta & completiva notitia, hìc velut locô aptiori reponam; revidenda erit introductio Porphyriana ex Logica, qua poſſeſsâ præſens tractatus facilitate & emolumentô facile erit primus, licèt ordine poſtremus.

DISPUTATIO I.

De Antiprædicamentis, & ijſdem in communi.

ARiſtoteles hujus organi Author, quidquid alij dicendum putent, teſte Boëtio, Poſſevino ac Genuſæo, primò de præ-

dicamentis in communi, præmiſſis nonnullis antiprædicamentis, egit, Authorem ſequendo ritè ſequitur

QUÆSTIO I.

Quid ſint Univoca, Æquivoca, & Analoga?

DIco: Univoca ſunt: *quorum nomen eſt commune, ratio verò importata per nomen eſt eadem*: Æquivoca, *quorum nomen eſt commune, ratio verò importata per nomen eſt diverſa*: Analoga verò dicuntur, *quorum nomen eſt commune, ratio verò importata per nomen, nec omninò eadem, nec omninò diverſa*, ita Ariſt. hìc & lib. 4. Metaph. cap. 2. & cum eo omnes Philoſophi, unde non aliter probari indiget concluſio, quàm examinando ſingulas partes:

Dicitur itaque primò: *Univoca ſunt quorum, &c.* intellige Univoca univocata, id eſt illæ res, quibus convenit hoc nomen commune v. g. Petrus & Paulus ſunt univocata, homo verò diciturUnivocum univocans reſpectu eorum; ubi notandum eſt, quòd *nomen* non ſumatur proùt opponitur verbo, ſed proùt eſt ſignificativum, nam & verba æquivoca ſunt: deinde quòd non ſit idem *eſſe prædicatum univocum*, & *univocè prædicari*, nam univocè prædicari addit inſuper ut nomen illud commune ſit eſ-

ſen-

ſentiale inferioribus, v. g. homo reſpectu individuorum eſt prædicatum univocum univocè dictum, album verò de lacte & charta non dicitur univocè, licèt ſit prædicatum univocum; porrò univocum univocè dictum aliud ſolet dici *proprium*, aliud *improprium*, per primum Maſtrius & Compendiatores volunt, quando tale prædicatum eôdem modô eſſendi eſt in inferioribus, eodem ordine, & non ſolùm unitas conceptus formalis ac objectivi ipſis competat, ſed etiam ſint æqualia univocata in perfectione eſſentiali, & hæc dicitur univocatio phyſica; per *improprium* quando aliquid horum deeſt, ità tamen ut nomen & ratio ſit eadem in pluribus, primô modô docent eſſe ſpecies ultimas univoca, ſecundi generis ens reſpectu Dei & creaturæ, ſed hæc diviſio videtur eſſe ad placitum. Tandem expreſſè omiſi in definitione ratio verò *ſubſtantiæ* importata, nam ſi hoc addatur, ſola prædicata univocè dicta comprehenduntur. Niſi per *ſubſtantiæ* quis intelligeret aliquid commune ſubſtantiæ & accidenti, quò inclinat Poncius.

Dicitur ſecundò Æquivoca æquivocata eſſe ea, *quorum*, &c. licèt enim hæc non ſint unum eſſentialiter, tamen habent unitatem denominationis, propter quam explicari

plicari poſſunt, imò Æquivoca prout definiuntur, ſe habent velut modus, qui omnibus Æquivocis æquivocantibus convenit. Cæterùm aliud eſt *à caſu*, quando tale nomen convenit pluribus fortuitò v. g. canis aliquis vocatur jupiter & conſtellatio; aliud *à conſilio*, quando aliqua imitatio intercedit v. g. brutum vocatur aſinus, & homo piger vocatur aſinus, nam cum res ſint penè infinitæ, ortum eſt, quòd plura eodem nomine ſint compellata.; ubi advertendum eſt ex Sco. q. 8. ſuper Lib. Elench. nomen æquivocum non eſſe *unum ſimpliciter*, *nec plura*, ſed *multiplex* intellige ſignificatione. Nec dicas, multiplicatâ ſignificatione, multiplicantur ſigna & nomina. Reſpondet D. l. c. in naturalibus verum eſſe, non artificialibus. Deinde requiri, ut æquivocata habeant rationes diverſas, imò & ad univocata requiritur eadem ratio multiplicata, ut excludatur Deus reſpectu trium Perſonarum, & individuum reſpectu individuorum, nam univoca ſunt anteprædicamentalia; Ergò per ordinem ad illa explicari debent, proinde Poncius peccat volens eſſe litem de nomine.

Dicitur tertiò: Analoga eſſe, &c. in quibus explicandis non ità laborandum eſt, quàm in dubio, an revera dentur Analoga di-

diſtincta & media inter Univoca & Æquivoca; pro affirmantibus citantur Thomiſtæ, pro negantibus Scotiſtæ, at quomodo? cùm juniores Scotiſtæ alia Analoga attributionis, alia proportionis, alia æqualitatis afferant?

Reſpondeo non dari Analoga propriè dicta, media ac diſtincta ab Univocis & Æquivocis, nam termini anteprædicamentales debent eſſe cum ſui multiplicatione in pluribus, ſunt enim *quædam documenta quæ valent à priori ad intelligentiam prædicamentorum*, ſed omnis terminus exiſtens in pluribus cum ſui multiplicatione eſt univocus vel æquivocus, ſi enim eſt eadem ratio, multiplicatio erit univoca, ſi alia & alia ratio æquivoca. Nec dicas, ſi eſt partim diverſa, partim eadem v. g. ratio entis in Deo & creatura, erit analoga. Reſpondent aliqui: hæc eſſe univoca impropria, ſed tunc reſultat lis de nomine: dico igitur, conceptum objectivum in multis multiplicatum eſſe ſemper eundem, & ad ſummum concedo, prædicata univoca gradus admittere, non autem univocè dicta, v.g. calidum reſpectu calidi ùt ſex & quatuor eſt univocum improprium; at in genere ſubſtantiali, vel tranſcendentali nihil horum. ex quo

Colliges: ſi Thomiſtæ per Analoga velint

ſint terminos qui nec dicuntur univocè nec æquivocè, hos gratis admitto v. g. ſanum reſpectu urinæ & medicinæ, imo & ſi Analoga confundantur pro Univocis improprijs ac accidentalibus, & ſic fortè conciliari multa poterunt apud intelligentes non obſtinatos, nam de ijs nec fecit hic mentionem Ariſtoteles. Quæri hic ſolet, quid ſint denominativa? Reſpondeo breviter quòd ſint ea, *quæ ab aliquo denominationem habent ſolò caſu differentia*, v. g. fortis eſt terminus denominativus, vel denominatus à fortitudine ſolò caſu grammaticali differenti, fortitudo verò eſt terminus denominans, imò nec eſt opus differentia caſûs, ſed cadentiæ, vel terminationis, v. g. album & albedo in e. d. o. differunt.

QUÆSTIO II.

Quænam ſint Regulæ, & Diviſiones antepradicamentales? ubi & de conditionibus prædicamentalibus.

DIco: duas eſſe regulas & duas diviſiones antepradicamentales: ità Peripatetici communiter poſt Ariſtotelem cap. 2. hujus libri diviſiones, & cap. 3. regulas illas exponentem.

Declarantur primò illæ duæ diviſiones, quarum prima eſt: *eorum quæ dicuntur, alia ſunt complexa ùt homo currit, alia incomplexa ùt*

sit homo, quæ diviſio ponitur, ut dignoſcatur quòd ſola incomplexa in prædicamento ponantur, ubi per *incomplexa* intelliguntur illa, quæ habent unicum realiter ſaltem conceptum objectivum, eſtò vocetenus complexa forent: vide Dialect: Altera diviſio eſt *eorum*: *quæ ſunt*, *alia de ſubjecto dicuntur*, *in nullo vero ſubjecto ſunt* (id eſt, ſecunda diviſio eſt entium illorum, quæ prædicantur eſſentialiter de ſuis inferioribus, ijs verò non inhærent ſicut accidentia ſubjectis, cujuſmodi entia ſunt ſubſtantia, genera, ſpecies, &c.) *alia verò in ſubjecto ſunt*, *ſed de nullo ſubjecto dicuntur* (v.g. albedo & ſimilia accidentia, quæ parieti, vel alteri ſubjecto quidem inhærent, ſed de ijs non prædicantur eſſentialiter) *alia de ſubjecto dicuntur*, *& etiam in ſubjecto ſunt* (talia ſunt accidentia univerſalia v.g. color parieti inhæret & eſſentialiter prædicatur de accidente ſingulari tantùm inhærenti v.g. de albedine) alia tandem, *neque in ſubjecto ſunt*, *neque de ſubjecto prædicantur*, qualia ſunt individua ſubſtantialia, quæ nulli ſubjecto inhærent, neq; de ullo inferiori prædicantur. Ex qua diviſione conſtat, quomodo ſubſtantiæ univerſales & particulares, accidentia univerſalia & particularia, inſint: ubi per *eſſe in* non intelligitur modus eſſendi partis integralis in toto, ſicut pes in corpore

pore eſt, nec totius in partibus, ſicut dimus in fundamento, nec ſuperioris in inferiori, ſicut ſpecies in individuo, vel etiam *in* id eſt ſub genere, neque ùt forma in materia prima, puta ſubſtantialis, neque ùt effectus in cauſa, v. g. arbor in ſemine, neque ùt in fine ſicut lapis in centro, neque ùt res in loco v. g. vinum in vaſe; ſed prout accidens in ſubjecto, extra quod naturaliter eſſe non poteſt, quidquid alij de odore v. g. pomi dicant, ſemper ille recipitur in aliquo.

Declarantur & iſtæ duæ regulæ, quarum prima eſt, *quidquid prædicatur de aliquo ùt ſubjecto, quæcunque affirmantur de prædicato, etiam prædicantur de ſubjecto*, v. g. quia animal prædicatur de homine, etiam vivens, ſenſitivum quæ ſunt prædicata animalis dicuntur de homine, quod intellige de prædicatis eſſentialibus tam *in quale*, quàm *in quid*, ùt comprehendantur directè & à latere reponibilia in Categorijs; an verò extendi debeat hæc regula ad ea quæ non eſſentialiter dicuntur, nec *in quid* nec *in quale*, tene quòd lubet, hoc tamen certum, quòd illa prædicata ſubjecto non conveniant, quæ tali accidenti conveniunt prout abſtrahit à ſubjecto; imò nec ſubſtantiæ, nam homo eſt ſpecies, proinde non ſequitur; Ergò & Petrus. Altera regula

gula eſt iſta, *diverſorum generum & non ſubalternatim poſitorum diverſæ ſunt ſpecie differentiæ, ſi verò ſubalternatim ponantur, poterunt habere eaſdem differentias*; ubi per *genera non ſubalternatim poſita* ſume primò diverſa tantùm. Cæterùm iſta potiſſimùm ab authoritate teneo, nam & decem prædicamenta conveniunt in finitate quam docui differentiam eſſe, & hinc inde alios ſcrupulos movere poſſem in diviſionibus & regulis; plura vide apud Javellum, Conimbricenſes & alios: nunc complebo hanc diſputationem agendo de prædicamentis ipſis in communi, circa quæ primò

Quæres: quænam conditiones requirantur, ut aliquid ponatur in prædicamento? ante Reſponſionem ſciendum eſt: quòd prædicamentum *ſit ordinatio prædicabilium*, proinde alia directè, alia indirectè, alia reductivè ponuntur in linea prædicamentali; directè ponuntur tota, partes verò reductivè, id eſt directè quidem, ſed in obliquo, velut aliquid iſtius quod ponitur directè; indirectè verò, id eſt à latere ponuntur ea quibus deeſt una conditio vel plures, ut directè ponantur. Nunc Reſpondeo, conditiones communiter requiri has: ut ſint. *Entia per ſeſe, finita realia tota*. Nam tranſcendentia vagantur per omnia prædica-

camenta, individua verò licèt non ſint prædicabilia & univoca, ſunt tamen paſſivè talia, unde adhuc directè collocantur in prædicamento: quod dixi eſſe *ordinationem prædicabilium*, puta, *ſecundùm ſubjicibilitatem & prædicabilitatem ſub aliquo ſupremo genere.*

QUÆSTIO III.

An diviſio Entis in decem prædicamenta ſit bona?

DIco: diviſio Entis in decem prædicamenta eſt congrua. Ita Architas Tarentinus inventor denarij numeri, Ariſtoteles Author libri categoriarum (rurſus hìc contradicit ſibi Author quidam vocans Tarentinum inventorem categoriarum, & alibi ex Maſtrio teſte Boëtio Ariſtotelem) & univerſa ſchola peripatetica, nam licèt alij unum, alij duo, alij plura doceant, mihi videtur aliud non velle, quàm diviſionem vulgarem non eſſe ſtrictam adeo, quin plura, & pauciora affirmari poſſint, imò ſi in definitione prædicamenti ſub aliquo *ſupremo* genere ſumatur ſtrictè, hæc diviſio non valet, ſed unicum foret prædicamentum; porrò quòd diviſio ſit congrua ſuppoſitis principijs communibus in Phyſica.

Probatur Primò: hæc diviſio continet omnia

omnia entia finita, per ſeſe, realia, tota; Ergò eſt bona. Antecedens declaratur: vel enim tale ens eſt per ſe, & ſic habetur *ſubſtantia*, vel in alio, & eſt accidens; tum ſic, vel eſt in alio cum ordine, & eſt reſpectivum, vel ſinè ordine, & eſt accidens abſolutum; ſi abſolutum, vel inhæret ratione materiæ, & eſt *quantitas*, vel ratione formæ, & eſt *qualitas*; ſi verò reſpectivum de eo quæri poteſt *ad quid eſt*? & habetur *relatio*; *quid agit? actio*; quid patitur? *paſſio*; in quo loco eſt? *ubi*; quo tempore eſt? *quando*; quo modo eſt ornatum? *habitus*. Confirmatur: volens communia tractare debet ea, vel ſupponere, vel ſaltem congruè admittere, ſed de his omnibus quilibet ſolet agere; Ergò congruè permittuntur, deinde licèt hæc non ſint genera ſuprema ſimpliciter ut fatetur Sco. hic q. 1. pro majori commoditate tamen

Probatur ſecundò: diviſio iſta non eſt cum toto rigore; Ergò ad ſummum congrua. Probatur Antecedens: tum quia non eſt bimembris; tum quia ſupponit principia Ariſtotelica phyſicæ; tum quia accidens & ſubſtantia conveniunt univocè in ratione entis, imò & ens ſi non ùt ſic, ſaltem poſitivum finitum poſſet pro genere generaliſſimo ſtatui; Ergò &c. Probationes quas Lalemandet affert pro numero

 denario,

denario, & quas habet Paulus Venetus, Burlæus, Ammonius, Albertus & alij, ſunt phraſes prioris, nam pro reſpectu intrinſecùs adveniente ponitur *Relatio* antonomaſticè, pro extrinſecùs advenientibus reliqua ſex, quæ hoc verſu notantur:

In campo magno pugnabat fortiter olim
Filius Erneſti ſtans, & calefactus in armis.

Obijcies I. probando diviſionem nullô modô valere: ipſe Ariſtoteles octo poſuit. Reſpondetur: illum brevitatis cauſa omiſiſſe; ſed quæ ratio duo nomina adijcere *ſitus*, *habitus* ait Sco. 5. Metap. alij dicunt implicitè 10. poſuiſſe, ſed dici poteſt & ſic 12. v. g. *ubi activum* & *paſſivum*, imò plura poſuiſſe, nam plures aliæ quæſtiones fieri potuiſſent. Reſpondeo ſivè Ariſtoteles octo, ſive octodecim poſuerit, ob communem traditionem & alias congruentias non omninò vilipendenda eſſe decem prædicamenta; & Diſtinguo: plura quæri poſſe cum ordine prædicabilitatis diſtinctô N. indiſtinctô tranſeat.

Obijcies II. diviſionis rigorem: ens quomodocunque ſumptum nequit dici genus, cùm non ſit univocum, nec genus, & decem prædicamenta vocantur primò diverſa; Ergò in nulla realitate conveniunt. Reſpondeo prima duo tranſeundo: adhuc poſſe duo prædicamenta dari *accidens* & *ſub-*

ſubſtantiam, imò nec ità malè ſicùt prædicabile immediatè dividitur ex Logica, deinde eorum falſitas ex dictis conſtat; quando autem dicuntur primò diverſa, fit locutio ex hypotheſi concluſionis velut congruæ, & pro tali receptæ.

Inſtabis: tali modô nunquam poſſet deviniri in notitiam ſimpliciter quot prædicamenta eſſent, nam alius poſſet ea extendere, alius ens ùt ſic commune reali, & rationis ponere, atque ita entia rationis, privationes, negationes, imò ipſe Deus, ponerentur in linea prædicamentali. Reſpondeo Negando illatum; ſed debet poni aliquid, quod ſit genus ſupremum ſimpliciter, quod per poſitivas differentias contrahitur, quale eſt ens finitum, quin & ens reale poſitivum ùt ſic, niſi ex ſpeciali ratione deitatis repugnaret ponere in Deo differentiam.

Inſtabis: nec ens finitum, nec ſubſtantia vel accidens poſſunt poni pro prædicamentis; Ergò abſolutè decem. Probatur Antecedens: primum eſt gradus tranſcendens, qui non dicitur univocè de ſuis inferioribus, alia duo confuſionem parerent, ſi omnia accidentia ſic generatim exprimerentur. Reſpondeo Negando Antecedens: ad probationem dico, tranſcendentiam fortè non repugnare, cùm aliun-

 de

qua novem ultrò explanandi campus detur.

QUÆSTIO I.

Quodnam ſit prædicamentum Subſtantiæ, & quæ in eo ponantur?

DIco: prædicamentum Subſtantiæ rectè ponitur ſubſtantia finita completa ſub ſe continens omnes ſubſtantias ſublunares, & cæleſtes; ſenſibiles ac ſpirituales. Ita Sco. q. 14. præd. contra nonnullos volentes eſſe ſubſtantiam prout comprehendit & finitam & infinitam, ac aliquos qui quidem finitam ponunt, ſed contineri putant completas & incompletas, quorum ſententiæ in ſe non ſunt improbabiles, conditionibus tamen communiter requiſitis ſtantibus, ac definitione datâ tolerari nec poſſunt nec debent, niſi velint incompletas reduci velut partes ad completas directè contentas.

Suppono autem, ſubſtantiam ſignificare vel importare conceptum ſubſtantis, id eſt per ſe ſtantis adeò, ut ratio formalis ſubſtantiæ ſit *perſeitas* ſœpè explicari ſolita per negationem inhærentiæ in alio velut ſubjecto, cùm tamen ſit poſitiva abſoluta: deinde ſubſtantiam ritè dividi in *primam ac ſecundam*: ubi per primam ſolent intellligi ſubſtantiæ ſingulares, per ſecundam univer-

verſales, v. g. Petrus, Paulus &c. ſunt ſubſtantiæ primæ; homo vel alia genera aut ſpecies ſunt ſecundæ; & poſſunt ſic definiri, *prima ſubſtantia eſt, quæ neque in ſubjecto eſt per inhærentiam, neque de inferiori prædicatur*; ſecunda verò *quæ quidem non ineſt ſubjecto, ſed tamen de inferioribus prædicatur*, ex quibus ſubſtantiam præſcindentem dic eſſe *rationem per ſe exiſtentem, ut nec de ſubjecto inhæſionis dicatur, nec ei ineſſe valeat.* Nunc

Probatur Primò: omne prædicamentum debet eſſe genus ſupremum aliquô modô, ſed ſola ſubſtantia finita completa eſt genus ſupremum ſubſtantiarum; Ergò illa ſola debet poni prædicamentum ſubſtantiæ. Majorem ſuppono, ac etiam Probo: tum communi conſenſu, tum quia univerſalia ſunt introductio ad prædicamenta; Ergò ſi quis aliud intelligeret per prædicamentum cum eo non eſſet diſputatio. Minor Probatur: primò enim ſubſtantia communis creatæ & increatæ non eſt genus, quia genus requirit plures ſpecies à parte rei, ſed licèt creata vel finita ſubſtantia poſſet dici ſpecies ſubijcibilis, non tamen Deus; Ergò &c. Probatur Minor: Deus eſt ſummè ſimplex phyſicè & metaphyſicè; Ergò nequit componi ex genere & differentia, vel eſſe ſpecies.

Reſpondent aliqui: non poſſe compo-

 ni

qua novem ultrò explanandi campus detur.

QUÆSTIO I.

Quodnam ſit prædicamentum Subſtantiæ, & quæ in eo ponantur?

DIco: prædicamentum Subſtantiæ rectè ponitur ſubſtantia finita completa ſub ſe continens omnes ſubſtantias ſublunares, & cæleſtes; ſenſibiles ac ſpirituales. Ita Sco. q. 14. præd. contra nonnullos volentes eſſe ſubſtantiam prout comprehendit & finitam & infinitam, ac aliquos qui quidem finitam ponunt, ſed contineri putant completas & incompletas, quorum ſententiæ in ſe non ſunt improbabiles, conditionibus tamen communiter requiſitis ſtantibus, ac definitione datâ tolerari nec poſſunt nec debent, niſi velint incompletas reduci velut partes ad completas directè contentas.

Suppono autem, ſubſtantiam ſignificare vel importare conceptum ſubſtantis, id eſt per ſe ſtantis adeò, ut ratio formalis ſubſtantiæ ſit *perſeitas* ſœpè explicari ſolita per negationem inhærentiæ in alio velut ſubjecto, cùm tamen ſit poſitiva abſoluta: deinde ſubſtantiam ritè dividi in *primam ac* [ſec]*undam*: ubi per primam ſolent intellligi [ſu]bſtantiæ ſingulares, per ſecundam univer-

verſales, v. g. Petrus, Paulus &c. ſunt ſubſtantiæ primæ; homo vel alia genera aut ſpecies ſunt ſecundæ; & poſſunt ſic definiri, *prima ſubſtantia eſt, quæ neque in ſubjecto eſt per inhærentiam, neque de inferiori prædicatur*; ſecunda verò *quæ quidem non ineſt ſubjecto, ſed tamen de inferioribus prædicatur*, ex quibus ſubſtantiam præſcindentem dic eſſe *rationem per ſe exiſtentem, ut nec de ſubjecto inhæſionis dicatur, nec ei ineſſe valeat*. Nunc

Probatur Primò: omne prædicamentum debet eſſe genus ſupremum aliquô modô, ſed ſola ſubſtantia finita completa eſt genus ſupremum ſubſtantiarum; Ergò illa ſola debet poni prædicamentum ſubſtantiæ. Majorem ſuppono, ac etiam Probo: tum communi conſenſu, tum quia univerſalia ſunt introductio ad prædicamenta; Ergò ſi quis aliud intelligeret per prædicamentum cum eo non eſſet diſputatio. Minor Probatur: primò enim ſubſtantia communis creatæ & increatæ non eſt genus, quia genus requirit plures ſpecies à parte rei, ſed licèt creata vel finita ſubſtantia poſſet dici ſpecies ſubijcibilis, non tamen Deus; Ergò &c. Probatur Minor: Deus eſt ſummè ſimplex phyſicè & metaphyſicè; Ergò nequit componi ex genere & differentia, vel eſſe ſpecies.

Reſpondent aliqui: non poſſe compo-

qua novem ultrò explanandi campus detur.

QUÆSTIO I.

Quodnam ſit prædicamentum Subſtantiæ, & quæ in eo ponantur?

DIco: prædicamentum Subſtantiæ rectè ponitur ſubſtantia finita completa ſub ſe continens omnes ſubſtantias ſublunares, & cæleſtes; ſenſibiles ac ſpirituales. Ita Sco. q. 14. præd. contra nonnullos volentes eſſe ſubſtantiam prout comprehendit & finitam & infinitam, ac aliquos qui quidem finitam ponunt, ſed contineri putant completas & incompletas, quorum ſententiæ in ſe non ſunt improbabiles, conditionibus tamen communiter requiſitis ſtantibus, ac definitione datâ tolerari nec poſſunt nec debent, niſi velint incompletas reduci velut partes ad completas directè contentas.

Suppono autem, ſubſtantiam ſignificare vel importare conceptum ſubſtantis, id eſt per ſe ſtantis adeò, ut ratio formalis ſubſtantiæ ſit *perſeitas* ſæpè explicari ſolita per negationem inhærentiæ in alio velut ſubjecto, cùm tamen ſit poſitiva abſoluta: deinde ſubſtantiam ritè dividi in *primam ac* [*ſec*]*undam*: ubi per primam ſolent intellligi [ſubſt]antiæ ſingulares, per ſecundam univer-

verſales, v. g. Petrus, Paulus &c. ſunt ſubſtantiæ primæ; homo vel alia genera aut ſpecies ſunt ſecundæ; & poſſunt ſic definiri, *prima ſubſtantia eſt, quæ neque in ſubjecto eſt per inhærentiam, neque de inferiori prædicatur*; ſecunda verò *quæ quidem non ineſt ſubjecto, ſed tamen de inferioribus prædicatur*, ex quibus ſubſtantiam præſcindentem dic eſſe *rationem per ſe exiſtentem, ut nec de ſubjecto inhæſionis dicatur, nec ei ineſſe valeat.* Nunc

Probatur Primò: omne prædicamentum debet eſſe genus ſupremum aliquô modô, ſed ſola ſubſtantia finita completa eſt genus ſupremum ſubſtantiarum; Ergò illa ſola debet poni prædicamentum ſubſtantiæ. Majorem ſuppono, ac etiam Probo: tum communi conſenſu, tum quia univerſalia ſunt introductio ad prædicamenta; Ergò ſi quis aliud intelligeret per prædicamentum cum eo non eſſet diſputatio. Minor Probatur: primò enim ſubſtantia communis creatæ & increatæ non eſt genus, quia genus requirit plures ſpecies à parte rei, ſed licèt creata vel finita ſubſtantia poſſet dici ſpecies ſubijcibilis, non tamen Deus; Ergò &c. Probatur Minor: Deus eſt ſummè ſimplex phyſicè & metaphyſicè; Ergò nequit componi ex genere & differentia, vel eſſe ſpecies.

Reſpondent aliqui: non poſſe compo-

qua novem ultrò explanandi camp...
tur.

QUÆSTIO I.

Quodnam ſit prædicamentum Subſta...
& quæ in eo ponantur?

DIco: prædicamentum Subſtantiæ ...
ponitur ſubſtantia finita comple...
ſe continens omnes ſubſtantias ſublu...
& cæleſtes; ſenſibiles ac ſpirituales. Ita ...
q. 14. præd. contra nonnullos volent...
ſe ſubſtantiam prout comprehendit &...
tam & infinitam, ac aliquos qui quide...
nitam ponunt, ſed contineri putant ...
pletas & incompletas, quorum ſent...
in ſe non ſunt improbabiles, conditio...
tamen communiter requiſitis ſtantib...
definitione datâ tolerari nec poſſun...
debent, niſi velint incompletas redu...
lut partes ad completas directè co...
tas.

Suppono autem, ſubſtantiam ſign...
re vel importare conceptum ſubſtan...
eſt per ſe ſtantis adeò, ... atio for...
ſubſtantiæ ſit *perſeitas* ... ari...
per negationem inh... io ...
ſubjecto, cùm tam...
deinde ſubſtantiam...
...*undam*: ubi per
...antiæ ſingul...

verſales, v. g. Petrus, Paulus &c. ſunt ſubſtantiæ primæ; homo vel alia genera aut ſpecies ſunt ſecundæ; & poſſunt ſic definiri, *prima ſubſtantia eſt, quæ neque in ſubjecto eſt per inhærentiam, neque de inferiori prædicatur*; ſecunda verò *quæ quidem non ineſt ſubjecto, ſed tamen de inferioribus prædicatur*, ex quibus ſubſtantiam præſcindentem dic eſſe *rationem per ſe exiſtentem, ut nec de ſubjecto inhæſionis dicatur, nec ei ineſſe valeat.* Nunc

Probatur Primò: omne prædicamentum debet eſſe genus ſupremum aliquô modô, ſed ſola ſubſtantia finita completa eſt genus ſupremum ſubſtantiarum; Ergò illa ſola debet poni prædicamentum ſubſtantiæ. Majorem ſuppono, ac etiam Probo: tum communi conſenſu, tum quia univerſalia ſunt introductio ad prædicamenta; Ergò ſi quis aliud intelligeret per prædicamentum cum eo non eſſet diſputatio. Minor Probatur: primò enim ſubſtantia communis creatæ & increatæ non eſt genus, quia genus requirit plures ſpecies à parte rei, ſed licèt creata vel finita ſub[illegible] ſpecies [illegible]lis,

denario, & quas habet Paulus Venetus, Burlæus, Ammonius, Albertus & alij, ſunt phraſes prioris, nam pro reſpectu intrinſecùs adveniente ponitur *Relatio* antonomaſticè, pro extrinſecùs advenientibus reliqua ſex, quæ hoc verſu notantur:

In campo magno pugnabat fortiter olim
Filius Erneſti ſtans, & calefactus in armis.

Obijcies I. probando diviſionem nullô modô valere: ipſe Ariſtoteles octo poſuit. Reſpondetur: illum brevitatis cauſa omiſiſſe; ſed quæ ratio duo nomina adijcire *ſitus*, *habitus* ait Sco. 5. Metap. alij dicunt implicitè 10. poſuiſſe, ſed dici poteſt & ſic 12. v. g. *ubi activum* & *paſſivum*, imò plura poſuiſſe, nam plures aliæ quæſtiones fieri potuiſſent. Reſpondeo ſivè Ariſtoteles octo, ſive octodecim poſuerit, ob communem traditionem & alias congruentias non omninò vilipendenda eſſe decem prædicamenta; & Diſtinguo: plura quæri poſſe cum ordine prædicabilitatis diſtincto N. indiſtincto tranſeat.

Obijcies II. diviſionis rigorem: ens quomodocunque ſumptum nequit dici genus, cùm non ſit univocum, nec genus, & decem prædicamenta vocantur primò diverſa; Ergò in nulla realitate conveniunt. Reſpondeo prima duo tranſeundo: adhuc poſſe duo prædicamenta dari *accidens* & *ſub-*

ſubſtantiam, imò nec ità malè ſicùt prædicabile immediatè dividitur ex Logica, deinde eorum falſitas ex dictis conſtat; quando autem dicuntur primò diverſa, fit locutio ex hypotheſi concluſionis velut congruæ, & pro tali receptæ.

Inſtabis: tali modô nunquam poſſet deviniri in notitiam ſimpliciter quot prædicamenta eſſent, nam alius poſſet ea extendere, alius ens ùt ſic commune reali, & rationis ponere, atque ita entia rationis, privationes, negationes, imò ipſe Deus, ponerentur in linea prædicamentali. Reſpondeo Negando illatum; ſed debet poni aliquid, quod ſit genus ſupremum ſimpliciter, quod per poſitivas differentias contrahitur, quale eſt ens finitum, quin & ens reale poſitivum ùt ſic, niſi ex ſpeciali ratione deitatis repugnaret ponere in Deo differentiam.

Inſtabis: nec ens finitum, nec ſubſtantia vel accidens poſſunt poni pro prædicamentis; Ergò abſolutè decem. Probatur Antecedens: primum eſt gradus tranſcendens, qui non dicitur univocè de ſuis inferioribus, alia duo confuſionem parerent, ſi omnia accidentia ſic generatim exprimerentur. Reſpondeo Negando Antecedens: ad probationem dico, tranſcendentiam fortè non repugnare, cùm aliun-

de prædicetur univocè, imò ens finitum non eſt propriè tranſcendens omnia entia, niſi finita, hinc & univocè prædicaretur tali caſu; ad alterum patet, quòd confuſio nulla foret, quia aliàs omnis diviſio in duo membra eſſet confuſa, v. g. animalis in rationale & irrationale, cùm tamen tot ſint irrationabilia ſubdividenda.

Inſtabis: reſpectivum & abſolutum ſunt omninò diverſæ rationis; Ergò nequeunt unum prædicamentum conſtituere. Reſpondeo Diſtinguendo Antecedens: ſpecificæ. C. genericæ ponendo unū, vel duo prædicamenta. N. & retorqueo: homo & brutum ſunt diverſæ rationis; ſi dicas, non *omninò*, dico quòd nec prima. Et ſi dicas, tali modô oportebat facere quinque prædicamenta ſicut prædicabilia.

Reſpondeo hoc præ ſingulis mihi placere, ſed Porphyrius fecit tractatum de univerſalibus poſt prædicamenta pridem facta.

Pro pluribus alijs inſtantijs, ac quæſito, an ens rationis conſtituere poſſet prædicamentum, obſervandum eſt: per prædicamenta intelligi genera ſuprema, & omne genus potentialitatem includere, hinc nihil in prædicamento poni poteſt, niſi ſit infra Deum, nè ſit omnia tranſcendens, vel ſaltem ſinè ratione genereitatis, imò &

im-

impoſſibilitas entis rationis eſt quid tranſcendens omni enti rationis attributum, ſed ex hoc exiguum emolumentum.

Quæres, quomodo decem prædicamenta ſint inter ſe diſtincta? Reſpondeo materialiter ſumpta debere diſtingui realiter inter ſe. Ita Sco. in 2. d. 3. q. 4. & communiter ſui, nam ſubſtantia diſtinguitur realiter ab omni accidente, non tantùm abſoluto, ſed etiam relativo prædicamentali, quando verò Doctor citatur in contrariū, vel etiam quando permittit idem ad diverſa prædicamenta pertinere, loquitur ſub diverſa ratione, non autem pro materiali; deinde poteſt interrogari oppoſitum tenens, an loquatur de prædicamentis materialiter ſumptis, id eſt phyſicè ſumptis, an verò pro ſubſtrato metaphyſico, de primo non eſt dubium, de ſecundo dicerem diſtingui realiter velut gradus ſeparati; quibus dictis ceſſant quæſita anteprædicamentalia: & de ijs in communi. Sequitur

DISPUTATIO II.

De Subſtantia & Accidente.

EA, quæ docebo de ſubſtantia primo prædicamento, erunt ordinariè recepta, hinc nec ijs diu immorabor, ſed unà de accidente in communi loquar, ut reli-

qua novem ultrò explanandi campus detur.

QUÆSTIO I.

Quodnam ſit prædicamentum Subſtantiæ, & quæ in eo ponantur?

Dico: prædicamentum Subſtantiæ rectè ponitur ſubſtantia finita completa ſub ſe continens omnes ſubſtantias ſublunares, & cæleſtes; ſenſibiles ac ſpirituales. Ita Sco. q. 14. præd. contra nonnullos volentes eſſe ſubſtantiam prout comprehendit & finitam & infinitam, ac aliquos qui quidem finitam ponunt, ſed contineri putant completas & incompletas, quorum ſententiæ in ſe non ſunt improbabiles, conditionibus tamen communiter requiſitis ſtantibus, ac definitione datâ tolerari nec poſſunt nec debent, niſi velint incompletas reduci velut partes ad completas directè contentas.

Suppono autem, ſubſtantiam ſignificare vel importare conceptum ſubſtantis, id eſt per ſe ſtantis adeò, ut ratio formalis ſubſtantiæ ſit *perſeitas* ſæpè explicari ſolita per negationem inhærentiæ in alio velut ſubjecto, cùm tamen ſit poſitiva abſoluta: deinde ſubſtantiam ritè dividi in *primam ac ſecundam*: ubi per primam ſolent intellligi ſubſtantiæ ſingulares, per ſecundam univer-

verſales, v. g. Petrus, Paulus &c. ſunt ſubſtantiæ primæ; homo vel alia genera aut ſpecies ſunt ſecundæ; & poſſunt ſic definiri, *prima ſubſtantia eſt, quæ neque in ſubjecto eſt per inhærentiam, neque de inferiori prædicatur*; ſecunda verò *quæ quidem non ineſt ſubjecto, ſed tamen de inferioribus prædicatur*, ex quibus ſubſtantiam præſcindentem dic eſſe *rationem per ſe exiſtentem, ut nec de ſubjecto inhæſionis dicatur, nec ei ineſſe valeat.* Nunc

Probatur Primò: omne prædicamentum debet eſſe genus ſupremum aliquô modô, ſed ſola ſubſtantia finita completa eſt genus ſupremum ſubſtantiarum; Ergò illa ſola debet poni prædicamentum ſubſtantiæ. Majorem ſuppono, ac etiam Probo: tum communi conſenſu, tum quia univerſalia ſunt introductio ad prædicamenta; Ergò ſi quis aliud intelligeret per prædicamentum cum eo non eſſet diſputatio. Minor Probatur: primò enim ſubſtantia communis creatæ & increatæ non eſt genus, quia genus requirit plures ſpecies à parte rei, ſed licèt creata vel finita ſubſtantia poſſet dici ſpecies ſubijcibilis, non tamen Deus; Ergò &c. Probatur Minor: Deus eſt ſummè ſimplex phyſicè & metaphyſicè; Ergò nequit componi ex genere & differentia, vel eſſe ſpecies.

Reſpondent aliqui: non poſſe compo-

ni compoſitione reali. C. rationis N. Contra: quidquid de hoc ſit; iſtæ ſunt realitates actu diſtinctæ; Ergò facerent compoſitionem. Nec dicas, ſi eſſet differentia finita contrahens. C. ſi infinita N. Contra: per differentiam ſumo partem contrahentem aliam cum potentialitate ad exiſtendum phyſicè, ſed talis non poteſt eſſe in Deo; Ergò &c. Confirmatur ex Sco. in 1. d. 8. q. 3. ex infinitate & neceſſitate Dei, hinc falſum eſt quòd habet Lalemandet, ſufficere rationes determinantem & determinabilem extra ſe invicem, vel diſtinctam, ſed requiritur potentialitas ad exiſtendum, ut quid ſit ſub genere.

Reſponderi poſſet: per prædicamentum non intelligi genus, ſed ordinem prædicabilitatis cujuscunque; at ſic lis de nomine fieret, nec introductio Porphyriana robur haberet, nec authoritas Inventoris aut aliæ congruentiæ.

Probatur Secundò: omnes ſubſtantiæ contentæ ſub finita & completa habent conditiones, quòd ſint *entia per ſeſe, finita, realia, tota*, imò ſolæ ut excludantur partiales phyſicæ (ſi dentur) & differentiæ metaphyſicæ, quas à latere pono. Vide arborem prædicamentalem.

AR-

ARBOR PRÆDICAMENTALIS.

	Subſtantia	
Corporeitas		Incorporeit.
	Corpus.	
Mixtum.		Simplicitas.
	Mixtum.	
Vita.		Inanimatio.
	Vivens.	
Senſibilitas.		Inſenſibilit.
	Animal.	
Rationalitas		Irrationalit.
	Homo.	

PETRUS, PAULUS, JOANNES.

Alij

Alij corpus dividunt in *corruptibile* & *incorruptibile*, ponúntque locò incorruptibilium aſtra, ſtellas &c. ſed hæc naturaliter corrumpi vide in mea Phyſica; ubi vides quænam directè & indirectè ponantur; partes verò corporis phyſicæ ſubſtantiales, & integrales ponuntur directè reductivè, vel incluſivè in toto; vel potiùs dicito, prædicamenta eſſe entia quatenùs metaphyſica.

Obijcies I. Deus continetur in prædicamento ſubſtantiæ; Ergò nequit pro ſupremo prædicamento poni ſubſtantia finita. Antecedens Probatur multipliciter ab authoritate: et etiam quia eſt ſubſtantia incorporea. Reſpondeo citò: ſi per prædicamentum intelligas *genus* N. ſi gradum prædicabilem diſtinctum vel indiſtinctum. C. ſic authoritates & omnia ſolves. Nec dicas: Deum eſſe entitativè infinitum, at doctrinaliter finitum, hæc diſtinctio eſt chimæra, quia licèt Deum cognoſcamus finitô modô, tamen cognoſcimus ipſius infinitatem; Ergò neque ut à nobis noſcitur poni debet.

Inſtabis: Chriſtus ponitur ſub prædicamento ſumpto pro genere, ſed ille eſt ſubſtantia infinita, nam ad veritatem categoricæ affirmativæ ſufficit veritas ſecundùm unam rationem; Ergò &c. Reſpondetur: Chri-

Chriſtum quà hominem, poni in prædicamento. Sed

Inſtabis: in via Scoti non tantùm licèt dicere: *Chriſtus quà homo eſt creatura*, ſed abſolutè categoricè; Ergò non ſolùm Chriſtus quà homo, ſed præſcindendo ponetur in prædicamento. Reſponderi poſſet, Negando Conſequentiam: quia eſſe creaturam eſt prædicatum affirmativum, eſſe verò infinitum negativum, quia terminus infinitus nihil ponit, ſed omnia negat. Sed

Inſtabis: infinitas in Chriſto quà Deo eſt prædicatum poſitivè affirmativum de Deo omnes perfectiones. Reſpondeo ex Sco. in 3. etiam de eſſe creaturæ propoſitiones tales eſſe cavendas, etiamſi tamen præſcindendo à Deo & homine liceat dicere: *Chriſtus, vel JEſus eſt in prædicamento*; non tamen hoc ſenſu eſt infinitus, cùm abſtrahat. Si dicas, ſuppoſitum divinum poni cum Chriſto. Reſpondeo: velut conditionem ac materialiter tantùm.

Obijcies II. materia & forma, imò & partes integrales directè poni in prædicamento; Ergò gratis additur *completa*. Reſpondeo ſi ſubſtantia, corpus, mixtum ſumantur phyſicè, partes directè concomitanter ac in obliquo reduci; ſi verò illæ partes ſumantur ùt entia metaphyſica, poſſunt eſſe *entia per ſeſe, finita &c.* ſicùt & cor-

corpus non ſumitur pro parte, ſed pro gradu generico ex Sco. in 4. d. 11. q. 3.

Obijci poſſent argumenta Lalemandeti; qui Deum doctrinaliter (ego puto ignorantialiter) facit finitum, individuum; ſed non inferunt, ſi per prædicamentum genus intelligatur. Si dicat lineam infinitam, ſi daretur, fore prædicamentalem; diſparitas eſt, quia non neceſſariò exiſteret, hinc & potentialitatem toleraret, undè miror quòd auſit dicere, ſe hoc publicè defendiſſe coram eruditiſſimis, facilè impugnari poſſet ex his paucis lineolis.

Quæres: quot & quænam ſunt proprietates ſubſtantiæ? Reſpondeo Ariſtotelem aſſignare has ſex ſequentes: Prima *nulli ſubjecto poſſe inhærere.* Secunda, ſoli ſecundæ conveniens eſt: *prædicari de primis univocè.* Tertia ſoli primæ competens: *ſignificare hoc aliquid*, id eſt individuum ſub univerſali. Quarta rurſùs utrique adaptata: *non habere contrarium*, nam aqua & ignis contrariantur ratione qualitatum: Quinta ſimilis priori, *non ſuſcipere magìs & minus*, hoc eſt non intenditur, licèt augmentetur vel extendatur. Sexta tandem limitata ad primam eſt: quòd, *eadem manens ſit ſuſceptiva contrariorum*, non tantùm relativè ùt oratio vera tranſiens in falſam, ſed abſolutorum, quòd quantitati per ſe non convenit.

QUÆ-

QUÆSTIO II.

In quonam conſiſtat ratio formalis Accidentis?

DIco: radix inhærentiæ aptitudinalis eſt eſſentia Accidentis in communi, ipſa verò aptitudinalis inhærentia ad ſummum eſt proprietas ejuſdem. Ita Sco. in 4. d. 12. q. 1. art. 1. & 7. Metaph. q. 1. cum ſuis, excepto Barone. (. quem NB. P. Hermann ejuſdem Ordinis ac Familiæ Reformatæ Franciſcanæ hìc N. 4. in fine dicit *protervè* verba Concilij Tridentini torſiſſe (ſuppono autem non animô lædendi, ſed veritatis repertæ gaudiô, ut alij Authores alibi faciunt) contra ſcholam Thomiſticam ac RR. plurimos; Scoto verò ſubſcripſit Soncinas & Lalemandetus.

Probatur Primò: nullus reſpectus poteſt eſſe de eſſentia alicujus abſoluti, ſed illa aptitudinalis inhærentia formaliter ſumpta eſt reſpectus, & eſſentia accidentis in communi debet convenire accidenti abſoluto; Ergò accidens nequit conſiſtere in tali inhærentia; Ergò in radice ejuſdem quæ nos latet, vel *aleitas* dicatur, ſitque gradus poſitivus abſtrahens à reſpectivo ac abſoluto univocus ad novem accidentia.

Reſpondent Diſtinguendo Minorem: eſt

eſt reſpectus ſecundùm *dici*. C. propriè N. Contra: inhærentia formalis ad inhærendum alteri fundatur quidem in alia radice non reſpectiva propriè, at ipſa eſt relatio vel formalis prædicamentalis, vel tranſcendentalis; deinde ſi eſt reſpectus ſecundùm *dici* ſcholæ Subtilis & Angelica facilè coincident, nam & nos fatemur, quòd ſoleat fieri circumlocutio, donec rei differentia innoteſcat, vel ſaltem quoad res poſſibiliori modô declaretur, hinc ſi præter actualem inhærentiam non ſit aptitudo per modum reſpectûs formalis, convenirent; ſatiùs tamen eſt eſſe ſimilem reſpectum, qui licèt ſit proprietas ac accidens prædicabile quartum, non tamen prædicamentale, ſed formaliter diſtinctum ab aleitate, uti de riſibilitate exemplificari poteſt.

Reſpondent alij: quòd inhærentia ſit reſpectus categoricus N. tranſcendentalis, C. ſed illum dicunt identificari eſſentiæ. Contra: realiter ſunt quidem idem: at non formaliter. Nec dicas, inhærentiam illam à parte rei omnino abſtrahere ab abſoluto & reſpectivo. Contra: ordo accidentis ad ſubjectum non abſtrahit ab ordine vel relatione ſynonimis, ſed aptitudinalis inhærentia eſt talis ordo; Ergò &c. Nec rurſum dicas, eſſe ordinem ſecundùm *dici* vel *eſſe* ad C. per *eſſe in* N. Contra: ſaltem

in

in accidente radicabitur terminatus ad ſubjectum, utì vulgariter creatura ad Deum; Ergò.

Probatur Secundò: quia Mathematici percipiunt accidens ſinè tali aptitudine; imò hæc de illo ſic demonſtrari poteſt: *omnis forma denominans inhæret ſubjecto, ſed accidens eſt talis forma*; Ergò: item priùs eſt eſſe rem ad ſe, quàm in alio &c. ſed hæ rationes parum concludunt, nam Mathematici aleitatem, vel aliam illius differentiam non agnoſcunt, & inadæquatam notitiam habent; ad aliud dic, demonſtrari à poſteriori, nec eſt vera demonſtratio; conſidera Majorem; ad tertium dicerent, priùs eſt rem eſſe ad ſe ſubſtantialem. C. accidentalem N. hoc enim eſt entis ens; ſed hæc reſponſio fundatur in circumlocutione; porrò Sco. l. c. ait: poſſe dici, rationem accidentis eſſe reſpectum extrinſecùs advenientem ad modum paſſionis, vel actionis, & licèt ſic fortaſſis ad determinatum genus pertineret, ſicut eſſe creatum, tamen denominativè omnibus accidentibus competeret; alij verò abſtrahens aliquod ponunt.

Obijcies: accidens eſt entis ens inhærens, & absque propenſione ad ſubjectum explicari nequit; Ergò conſiſtit in aptitu-

dinali inhærentia. Reſpondeò circumlocutivè. C. formaliter N. deinde obſervandum eſt: quòd accidens ſumatur pro materiali & denominato, id eſt: pro illa forma v. g. colore qui dicitur accidens, de quo quæritur qualem conceptum communem novem accidentibus dicat, an inhærentiá vel aliud.

Inſtabis: nihil vetat cur negemus inhærentiam aptitudinalem eſſe rationem formalem, cùm alia nos lateat, & ipſa actualis inhærentia ſit paſſio. Reſpondeo Negando aſſumptum ob rationem datam & exaggeratam: deinde reclamant omnes, actualem inhærentiam in abſolutis accidentibus eſſe diſtinctam realiter, & actu ſeparatam à ſpeciebus Euchariſticis; hinc & Baro proterviæ arguebatur, ſed fortè à protervioribus, ſi enim licèt alijs dicere, quando ex ſpeciebus fit cinis, materiam aëris eſſe ſubjectum & ſimilia heterodoxa, vide meam phyſicam, cur non & illa accidentia ſubjectari in aëre, fateor tamen in principijs communibus Baronem inconſequenter loqui, ego verò me facilè expedirem per apparentiam aliquorum, quæ verè non ſunt.

Inſtabis: accidens ab Ariſtotele explicatur per inhærentiam, & per eam diſtinguitur à ſubſtantià, & intimior eſt acciden-

ti,

ti, quàm relatio creaturæ ad Deum; deinde non eſt propriè relatio. Reſpondeo: hæc & ſimilia vera eſſe de inhærentia radicali, non autem formali, qualem probabiliùs indicavi formaliter eſſe admittendam contra P. Poncium.

Quæres: quomodo accidens abſolutum ſupernaturaliter à ſubjecto inhæſionis ſeparatum conſervaretur? Reſpondeo: ſuppoſitis principijs communibus, quòd absque ullo modo abſoluto ſupperaddito efficienter à cauſa prima deberet conſervari; de relativis verò nequaquam permittitur, quia quà talia eſſentialiter ſunt actualiter in eo, non tamen eſt tota eſſentia relativi accidentis actualis inhærentia ut ait Hermann hic n. x. tum quia eſt contra Sco. quem pro ſe citat; tùm quia contradicit prioribus quoad ſe, & quoad ſuam doctrinam: ratio enim accidentis ùt ſic eſt communis univocè illis novem, niſi per totam intelligeret ſolam differentiam.

QUÆSTIO III.

An Accidens ſpirituale poſſit eſſe in ſubjecto corporeo; & corporeum in ſubjecto ſpirituali?

DIco: accidens ſpirituale nec per potentiam Dei abſolutam poteſt eſſe in ſubjecto corporeo; nec corporeum accidens

in ſubjecto ſpirituali philoſophicè loquendo, theologicè tamen, vel dependenter à fide fortè naturaliter fieri poſſet. Ità ex profeſſo ut oſtendam, quid altercantes Scotiſtæ veri vel falſi afferant; primum, quòd nec divinitus fieri poſſit P. Maſtrius ſtrenuè defendit cum Sco. quodl. 9. & alibi contra Poncium, cui Compendiatores Maſtrij adhærent contra eundem Maſtrium, non fit tamen ulla mentio hujus diſtinctionis *philoſophicè* ac *theologicè*, unde non ſolùm quoad alteram partem nova eſt concluſio, ſed & nec quoad primam ſic cognita fuit.

Probatur primò ex Scoto ci. ubi inquit angelo repugnare albedinem, ſicut naturæ divinæ aliena perſonatio, ſed ſecundum abſolutè implicat, ùt docetur in 3. ſent: Ergò & primum. Deinde in 4. d. 1. q. 5. reijcit virtutem ſpiritualem in Sacramentis à Deo productam ſupernaturaliter.

Reſpondet Poncius in additione: non eſſe idem *ſupernaturaliter produci*, & *de potentia abſoluta*, licèt Ergò Deus ex Sco. ſupernaturaliter talem virtutum defactò non produxerit, tamen eam potuit producere. Contra: Doctor l. c. ſupponit quòd naturaliter accidens ſpirituale non poſſit recipi in corporeo (philoſophicè addo) & dicit nec ſupernaturaliter id fieri poſſe; Ergò nec de potentia abſoluta, quà

enim

enim virtute? an mediâ inter ordinariam & non ordinariam? quòd autem ibi dicat nec poſſe fieri, colligitur ex eo quòd aliàs rationem non haberet negandi ità de facto ibi contingere.

Reſpondet: id facilè colligi, quia niſi authoritate aut ratione vel experientiâ conſtet fieri, quòd ſolâ abſolutâ potentiâ fieri poteſt, non debet aſſeri, quòd fiat; ſic autem non conſtat talem virtutem poni in ſacramentis. Contra: ſubſumptum falſum eſt, nam authoritate opinio illa probat Sacramenta habere virtutem cauſandi gratiam; deinde ratione junctâ probat illam ſpiritualem virtutem debere eſſe, ùt ſit proportionata gratiæ; Ergò ſi non repugnet accidens ſpirituale poni in corporeo, malè à Scoto reijceretur ille dicendi modus.

Probatur Secundò ratione: quòd accidens corporeum non poſſit recipi in ſubjecto ſpirituali; quantitas vel albedo ſunt accidentia corporea, angelus eſt ſubjectú incorporeum, ſed priora non poſſunt eſſe in angelo; Ergò &c. Probatur Minor: angelus non poteſt denominari albus, vel quantus; Ergò quantitas & albedo non poſſunt ſubjectari in angelo. Antecedens Probatur ex Sco. in 4. d. 44. q. 2. ubi dicit repugnare ſapientiam in lapide ſubjectari,

 id

id eſt lapidem denominari ſapientem, & angelum dici album, vel quantum; deinde niſi hoc repugnaret angelo, nec implicaret angelum informare corpus, & ſic non video, cur dicatur in caſibus extraordinarijs angelos eſſe formas aſſiſtentes corporibus, non informantes: Conſequentia quòd ideo ſubjectari non poſſit albedo in angelo, patet; quia accidens, vel forma nequit eſſe ſinè ſuo effectu primario, ſed informare & denominare, quæ ſunt ſynonima, eſt effectus primarius accidentis ſubjectati; Ergò &c.

Reſpondet Poncius: ſe excogitâſſe modum, quo dicit angelum poſſe dici album, quantum, imò & lapidem ſapientem, ſi ſignificat habere albedinem, quantitatem &c. C. ſi ſignificat denominari ab illo, ſicut ſubjecta corporea illam habent & denominantur N. & addit: ut quid dicatur denominari album, debet habere albedinem, & quantitatem modô extenſô. Contra: benè inquit ſe excogitâſſe, non inveniſſe, quia ille fictitius modus nec quoad ſe, nec quoad nos fuit, & ſic impugnatur tum à Maſtrio, tum à me: ſi materia vel compoſitum phyſicum haberet albedinem abſque quantitate, non haberet eam modô extenſô, non enim ex ſe dicitur extenſum, ſed ratione quantitatis, & tamen denominaretur

naretur ab ea prout eſt diſgregativa viſûs; Ergò &c. at quia dices, per *eſſe extenſum* intelligi habere partes phyſicas extra partes, quod etiam ſinè quantitate verum diceres; præréquiritur pro hujus ſoliditate notitia dicendorum diſp. ſequenti. Deinde albedo non unitur ſubjecto non extenſo nec divinitùs, ſed angelus non eſt ſubjectum extenſum; Ergò &c. Probatur Major: albedo nulli unitur cui non det denominationem albi, atqui hanc nequit dare ſubjecto non extenſo; Ergò &c.

Reſpondet ut ſuprà: duplicem eſſe denominationem albi, aliam quæ ſignificat præciſè dici habere entitatem albedinis, & hanc angelum, inquit, poſſe habere; aliam quæ ſignificat habere eam modô extenſô, & hanc angelo negat. Contra: lapis haberet ſapientiam modô extenſô, & tamen ſimpliciter ei repugnat dici ſapientem; Ergò non ideò repugnat accidens ſpirituale præciſè, quia petit eſſe in ſubjecto extenſo; inſuper nullus Philoſophus de iſto duplici effectu primario ſomniavit; & quomodo diſtinguendi? num unus, vel ambo eſſentiales? præterea *habere albedinem velut ſubjectum*, *dici album*, *denominari ſunt ſynomina.*

Reſpondet ille rurſum: habere velut ſubjectum extenſum. C. in extenſum. N.

Contra: in opinione mea unum indiviſibile eſt album: ſed hoc non eſt extenſum, imò etſi doceatur continuum componi ex partibus, tamen punctum quantitatis dicitur album albedine palmari. Confirmatur ex Ariſt: Cap: *de habere*, & Autore *ſex principiorum*; ac Sco: in 1. 6. 3. q. 7, ubi docent, *habere qualitatem*, eſt eſſe *quale*: & *nihil aliud eſt dicere albedinem habere, quàm eſſe album*; imò ſic arguo: habere albedinem velut ſubjectum extenſum eſt eſſe album modô extenſô; Ergò habere albedinem modô inextenſô, eſt eſſe album modô inextenſô. Nec dicas, hoc eſſe, quod vult Pontius. Contra: implicat albedinem habere, vel eſſe album modô inextenſô, quia ſemper una pars albedinis non eſt altera, niſi poneres indiuiſibile unicum albedinis in angelo, & hoc repugnat, ſicut ſapientia indiuiſibilis in unico puncto lapis, aliàs potentia obedientialis daretur in quolibet ad quodlibet. Et ex his aliæ reſponſiones, ſi tamen aliæ infringendæ.

Probatur tertiò: quòd nec ſpirituale poſſit recipi in corporeo: philoſophicè loquendo talis forma eſſet tota in toto, & tota in qualibet parte, ſed hoc philoſophicè loquendo repugnat; Ergò &c. Probatur

tur Minor: quia ſic dependeret eadem forma, à pluribus ſubjectis totalibus.

Reſpondet Poncius argutè quidem, poſſe ſic poni, ut vel à nulla parte ſubjecti dependeret, vel ab una ſola, & in reliquis conſervaretur à Deo, utì accidentia eucharistica ſinè omni ſubjecto, vel ut à ſingulis partibus partialiter dependeret, ùt probabiliùs de animà rationali dicetur, ſed hæc involuunt theologica, ex quibus.

Probatur quartò: quòd & naturaliter accidens ſpirituale poſſit recipi in ſubjecto corporeo, & ècontra dependenter à fide: anima rationalis creditur eſſe forma ſpiritualis denominans ſubjectum corporeum, & eſt tota in toto, & tota in qualibet parte natualiter, id eſt ordinariô naturæ curſu; Ergò & accidens ſpirituale hoc præſtare poterit, & conſequenter, ſi ſubjectum corporeum poteſt denominari à ſpirituali; etiam ſpirituale denominari à qualitate corporea. Hanc partem teneo potiſſimùm ad hominem, ut oſtendam, ſi fundamenta Pontij, quæ amplectuntur Compendiatores Maſtrij, aliquid valerent, etiam naturaliter fieri potuiſſe ſaltem, fortè & poſſe modò.

Reſpondet autem Maſtrius: Negando Conſequentiam: quia anima rationalis eſt per ſimplicem informationem, at accidens

eum dependentia à ſubjecto ; & quando Poncius inquit: dependere partialiter, vel nullô modô, ait, ſecundùm multos eſt idem *inhærere accidentis*, & *dependere*; ſed Contra eſt: quòd ſicut anima tota non totaliter inhæret, neque dependet, ſic & de accidente dicere valeret, & ſicut corpus dicitur animatum animâ rationali, ac ſpirituali,ità poſſet unicum indiviſibile albedinis dici dependenter à fide de anima, reponi in angelo, ſapientia tamen repugnaret lapidi, non quia ſpiritualis, vel indiviſibilis eſt, ſed ex ratione ſpeciali ſapientiæ. Si dicas: ſic etiam repugnaret angelo eſſe album, & quantum, nè videatur, ac fiat impenetrabilis, Reſpondeo: ipſum tamen manere penetrabilem, & inviſibilem ſe ſolo, imò & excludere partes entitativas diſtinctas, quas retinet ſubjectũ materiale ſinè quantitate, nam ab homine ſublata quantitate, & omni accidente abſoluto, manet adhuc, quòd caput non ſit pes. Ex his objectiones pro, & contra mediâ viâ incedens facilè ſolves; plura de accidentibus permitto amatori principiorum Ariſtotelicæ Phyſicæ. Interim ſit.

DI-

DISPUTATIO III.

De Quantitate.

CUm quantitas immediatè ſubjectetur in compoſito ex materia, & forma ſubſtantiali non ſpirituali, ac reliqua accidentia inhæreant quantitati licèt non ultimatè ex Sco. in 4. d. 1. q. 1. & alibi, poſt ſubſtantiam ſit

QUÆSTIO I.

In quo conſiſtat eſſentia Quantitatis?

DIco: ratio formalis quantitatis eſt radix extenſionis impenetrabilis ad locū. Ita Sco. in 4. d. 49, q. 16. & Juniores Scotiſtæ, contra Thomiſtas, & varios RR. diverſimodè opinantes, contra Lalemandetum, & Sonnenum Scotiſtam, quorum prior ut conſequenter neget, docet probabiliùs remotâ quantitate ſubſtantiam materialem non habere partes extra partes ad ſe, vel entitativas.

Proba tur primò refutatione aliarum ſenten: eſſentia quantitatis non eſt actualis expulſio alterius corporis, hæc enim impedita fuit, quando duo corpora fuerunt in eodem loco, vide phyſicam; neç aptitudinalis expulſio, quia hæc eſt reſpectus aliquis, qui nequit eſſe de eſſentia abſoluti, quale eſt quantitas, ùt dixi de ac-

accidente ùt ſic: neq; quantitas conſiſtit in extreitate partium ad ſe, nam remotâ quantitate ſubſtantia materialis habet partes ità ut caput non ſit collum, vel pes; Ergò &c.

Reſpondet Sonnenus: habet partes ſe penetrantes. C. quia inquit reducerentur in punctum phyſicum; partes non ſe penetrantes N. Contra: eſto ſe penetrarent, tamen ſequitur, quòd quantitas non conſiſtat in hoc, quòd faciat partes ſubſtantiæ eſſe diverſas, niſi radicaliter cum impenetrabilitate ad locum.

Reſpondet Capreolus: abſque quantitate eſſe partes diverſas confuſè, & ſinè ordine unionis. C. cum ordine unionis N. hoc eſt, dicit, per quantitatem fit ut caput non ſit pes, & quòd inter caput, & pedem ſervetur ille ordo, v. g. quòd capiti jungatur collum, huic humeri, illis corpus, venter &c. Contra: abſque quantitate ſubſtantia materialis habet partes extra partes cum ordine tali, non quidem extenſivè, & diviſibiliter diviſibilitate quantitativâ, ſed extra ſe entitativè; tum quia ante illam intelligitur diſtinctè compoſitum phyſicum; tum quia poſſet Deus ſeparare materiam à forma, neque accipit ſuum eſſe ſubſtantia ab accidente.

Reſpondent alij: remotâ quantitate ha-

habere partes extra partes potentiâ. C. actu N. Contra: actuales erunt illæ partes, nam ſicut Deus poteſt producere accidens ſinè ſubjecto, ità & ſubjectum ſinè quantitate, ſed tale ſubjectum non eſt entitativè indiviſibile, ſicut ſpiritualis entitas; Ergò habet actu partes extra ſe: ex quo Colliges Scotum q. 17. in præd. loqui de diviſibilitate radicali in ordine ad locum, quæ eſt paſſio ſequens impenetrabilitatem formalem velut ſociam.

Reſpondet Lalemandetus: remotâ quantitate eſſe partes actu, v. g. ſubſtantiam capitis, & pedis indiſtinctam. C. diſtinctam N. Contra: licèt non ſint diſtinctæ quantitativè, tamen entitativè, aliàs adveniente quantitate adhuc eſſet ſubſtantialiter eadem entitas capitis, & pedis, vel quantitas dabit entitatem novam, ac diſtinctam ſubſtantiæ.

Reſpondet idem: quantitatem non dare entitatem, ſed partibilitatem entitatis, ſicut albedo non dat parieti entitatem, ſed reddit entitatem parietis albam. Contra: gratis concedo, quòd quantitas det eſſe diviſibile diviſibilitate quantitativâ, at ſicut albedo non dat, ſed ſupponit partes ſubſtantiales, imò integrales actu diſtinctas mediatè, ità quantitas immediatè. Confirmatur: quando quantitas adeſt, jam cor-

corpus habet duplicem extenſionem partium quoad ſe, & quoad locum, ſecundam efficit quantitas, primam non, aliàs non tantùm daret partibilitatem entitatis, ſed ipſam entitatem; exemplificari ſolet in hoſtia media alba, media nigra, medietas conſecrari poteſt, ſed tunc tota quantitas manet, & pars ſubſtantiæ manet, pars deſinit; Ergò extreitatem partium non cauſat quantitas.

Reſpondet idem: non eſſe materiam determinatam conſecrationis, ſed advertit ipſe imbecillitatem hujus moralitatis, unde dicit tali caſu materiam eſſe diviſibilem per ſe N. ratione quantitatis. C. ſed Contra: quantitas ibi non dividitur; Ergò ſe ſolâ dividitur. Nec dicas: poſſe dividi, quia actu ſub quantitate eſt. Contra: non ideo homo habet corpus, & animam, quia quantus eſt, nec ideo brutum, vel hoſtia, imò nec ideo brutum habet oſſa, nervos &c. Ergò illæ partes ſunt actu diſtinctæ, ſivè ſub quantitate ſint, ſive non.

Probatur adhuc refutando alios dicendi modos, & quòd ratio quantitatis non ſit *eſſe menſuram*: duplex eſt menſura, nempè *paſſiva*, & *activa*, ſed neutra conſtituit quantitatem; Ergò &c. Probatur Minor, non paſſiva, quia prius eſt eſſe extenſum,

quàm

quàm menſurabile, ideo enim aliquid menſurari poteſt, imò & menſurare, quia habet extenſionem partium ad locum; Ergò neutra menſura eſt ratio primò conſtitutiva. Nec ipſa extenſio ſitualis ad locum, ſivè actualis ſivè aptitudinalis ob rationes prælibatas conſtituit quantitatem; nec diviſibilitas formalis: nec impenetrabilitas, licèt hæc ſint paſſiones illius; Ergò ſicut aliqua ratio poſitiva conſtituit accidens in communi, & alia ſuperaddita quantitatem, quæ eſt forma accidentalis abſoluta adveniens ſubſtantiæ de ſe actu partes habenti, & potenti penetrativè exiſtere in loco; eſt inquàm forma huic adveniens, & reddens eam impenetrabilem, adeò ùt naturaliter penetrari non poſſit, & licèt virtute divinâ penetretur, tamen radicitùs exigat actum primum, impenetrationis.

Obijcies I. Ariſtoteles inquit 5. Metap. cap. 13. diviſibilitatem primò competere quantitati, & alijs propter illam, imò absq; illa nec ſubſtantia, nec qualitas habent partes diviſibiles; Ergò quantitas conſiſtit in diviſibilitate, quæ fertur eſſe opinio Scoti. Reſpondeo: diviſibilitatem partium entitativarum N. cum extenſione ad locum, ſubdiſtinguo radicalem. C. formalem N.

Inſtabis: ante quantitatem nullæ ſunt

par-

partes, vel entitates, quia vel eſſent cum ordine, ità ùt una eſſet ubi non alia, vel ſinè ordine, & penetratæ, atqui nihil dici debet; Ergò. Non primum, quia quantitas eſt ratio eſſendi ſic in loco; neq; alterum, quia aſſimilabitur ſubſtantiæ indiviſibili v. g. angelò. Reſpondeo varijs aliorum placitis omiſſis: manere cum ordine in loco, at nec indiviſibiliter ùt angelus, nec impenetrabiliter, ùt corpus quantum, ſed mediô modô, id eſt, cum diviſibilitate partium entitativarum, cum indiviſibilitate extenſarum.

Inſtabis: illæ partes non eſſent extenſæ; Ergò ſe haberent ùt punctum, vel angelus. Reſpondeo Negando Conſequentiam; jam enim monſtravi dari medium, hinc licèt poſſet eſſe tota in toto, & parte loci, hoc tamen non eſt intelligendum velut angelus: ſed juxta meam phyſicam vellem ſcire quid talis ſubſtantia eſſet.

Inſtabis: vel illa ſubſtantia haberet lineas, ſuperfices, ſitum &c. vel non. Si ſecundum, quid erit? ſi primum, hoc ei ratione quantitatis convenit. Reſpondetur: quòd ſit indiviſibilis entitas quantitativè, mediatè ſenſibilis, & exigitiva accidentium; & ſi petas: an remotà quantitate partes entitativæ ſint in eodem loco? Reſqondetur, quòd

ȯd ſic ; & quȯd quodammodo fluant
l punctum, id eſt definitivè locentur.

Obijcies II. poſitâ diviſibilitate, menſu-
., ſituali extenſione &c. ac omnibus alijs
rcumſcriptis habetur quantitas; Ergò in
no ex his conſiſtere videtur. Ad hoc ar-
umentum, quo quilibet utitur. Reſpon-
eo: habetur quantitas tanquam per ra-
ionem eſſentialem N. tanquam per effe-
tum, vel proprietatem. C. ubi adverte:
mnes actus ſecundos eſſe effectus, & rea-
ter diſtingui, actus primos verò proprie-
ates, quæ ſi ſumantur radicaliter ſunt om-
inò exigentia impenetrabilitatis, ac divi-
ibilitatis, vel etiam menſuræ &c.

QUÆSTIO II.

An Quantitas realiter diſtinguatur à Subſtantia?

DIco: admiſſis ſemel principijs Ariſtote-
licis in Phyſica, quantitas realiter diſtin-
guitur à ſubſtantia, & oppoſitum docere
in eadem hypotheſi contrariatur doctrinæ
communi de Euchariſtia. Ità Sco. in 4.
d. 12. q. 2. cum ſuis, D. Thomas ibid. q. 1.
cum ſua ſchola, contra Nominales & RR.
aliquos, quorum ſententiam etſi renuat
Lalemandet, eos tamen tuetur nihil fidei

contrarium aſſerere, ſed hoc ſuppoſiti-
lis principijs fieri edocebo.

Probatur Primò: authoritate Philoſophi multis locis in Phyſica, & Metaphyſica, vide Meldulam: deinde, quantitas eſt per ſe ſenſibilis, non ſubſtantia, vel compoſitū ex materia, & forma ſubſtantiali; inſuper quantitates plures ſe naturaliter penetrarent, alia enim eſſet quantitas materiæ, alia formæ, alia accidentium, v. g. albedinis, & ſaporis, quæ ſunt in eodem ſubjecto, ac loco.

Reſpondent: plures quantitates ejusdem ſubjecti ſe penetrare. C. diverſorum ſubjectorum N. cujus ratio alia non eſt inquit Ocham, quàm natura quantitatis. Contra: quantitas eſt aliquid medium inter ſubſtantiam, & qualitatem, & ejuſdem rationis ſpecificæ in uno, ac diverſis ſubjectis; Ergò ſi nequit penetrari in diverſis, nec in uno. Probatur Antecedens: tum quia ſunt primò diverſa, tum quia unum eſt per ſe, aliud non &c. Sed

Reſpondere poſſent ad hæc omnia: ſecundùm nomen, vel conceptum. C. quoad rem N. hinc Nominales dicuntur, quia præter quantitatem ſolum nomen ſubſtantiæ phyſicæ adferunt, quod & nimium eſt; ex ſuppoſito tamen, quòd detur ſubſtantia

Ari-

Ariſtotelica phyſica, cæcô impetu RR. illi hoc defendunt, imò

Probatur Secundò conformiter doctrinæ Tridentini, non poſſe teneri ab admittente principia illa: juxta te in Euchariſtia deſinit ſubſtantia phyſica panis, ſed non deſinit quantitas panis; Ergò realiter diſtinguuntur, quia ſeparantur. Nec dicas, deſinere quantitatem ſubſtantiæ, manere autem quantitatem accidentium. Contra: Ergò ſicut appellatur transſubſtantiatio, etiam poſſet dici transaccidentatio; deinde poſſet dici quantitas panis eſt converſa in quantitatem corporis Chriſti, imò ipſum corpus Chriſti; rurſus quantitas panis, vel hoſtiæ eſt longitudo, rotunditas &c. ſed hæc manet poſt conſecrationem; Ergo & ipſa: præterea clamant alij contra doctrinam à me poſitam in Phyſica, qui plura quàm nomen ſubſtantiæ, licèt non phyſicæ, admittam, imò his Philoſophi principijs ſtantibus eſt implicantia in adjecto, cùm doceat materiá nec eſſe qualem, nec quantam, & alius dicere poſſet, etiam albedinem panis, vel ſaporem non diſtingui, ac in Euchariſtia perire; & ſi dicas te illa ſentire, diceret eſſe ibi plures albedines aliam panis, & hanc perire, aliam in quantitate, & hanc manere. Confirmatur: periculoſus haberetur ille, qui admiſſis illis

principijs doceret, non manere odorem, ſaporem, & alias quantitates panis: Ergò & qui quantitatem negaret. Nec dicas cum Arriaga: manere ubicationes panis. Contra: nec relatio, nec modus, v. g. ſeſſio poteſt manere ſinè ſuo abſoluto, ſed illæ eſſent quid hujusmodi; Ergò

Objectiones ſunt eædem, quæ quæſtione præcedenti, iſti Nominales enim non poſſunt capere, quid eſſet illa ſubſtantia phyſica diſtincta, quibus ſubſcribo; alij verò reales, vident ſic corruere totam Ariſtotelis doctrinam, & ſolis nominibus agi, unde & per fas, & per vas talem ſubſtantiam aſtruunt, quâ ſemel admiſſâ rationabiliùs defenditur realis diſtinctio ipſam inter, & quantitatem: vide meam Phyſicam de materia prima.

Quæres: quot, & quænam ſint proprietates quantitatis? Reſpondeo ſex proprietates attribui quantitati. Prima eſt: *non habere contrarium*, ſicut nec ſubſtantia, & ſignificat: quòd una quantitas aliam non expellat ex ſubjecto inhæſionis, hinc parvum, & magnum non debent dici contraria, cùm quantitas molis, de qua hic loquimur, tale ſubjectum inhæſionis non petat, ex quo ſe mutuò pellant. Altera eſt: *non ſuſcipere magìs, & minùs*, ipſa enim extenditur non intenditur, neque nume-

rus

rus ternarius eſt magis numerus, quàm binarius, licèt extenſivè. Tertia eſt & maxima: *eſſe æquale, vel inæquale*, id eſt propter quantitatem corpora habere æqualem, vel inæqualem locum, ubi Nota: etſi ſit idem apud Grammaticos æqualitas, & ſimilitudo, non apud Philoſophos, quia æqualitas reſpicit quantitatem, ſimilitudo qualitatem, & non intelligitur de æqualitate formali, quæ eſt relatio, ſed de æqualitate fundamentali. Quarta eſt, *habere poſitionem partium in ordine ad locum*, intellige aptitudinalem. Quinta eſt, *diviſibilitas in partes impenetrabiles*, puta *formalis*, nam radicalis eſt ipſa eſſentia. Sexta eſt *menſurare, & menſurari poſſe*, ex quibus duæ primæ non conveniunt ſoli, hinc eas Scotus vocat affectiones 5. Met. q. 9. quartam alij cum Philoſopho 5. Metap. tex. 35. baptizant eſſe finitam, vel infinitam, alij diſtinctam ponunt, imò & addunt *eſſe rarum, denſum, aſperum &c.* attributa quantitatis eſſe. Si petas, an linea infinita in prædicamento poneretur? dixi quòd ſic, quia potentialis eſſet ad exiſtendum.

QUÆSTIO III.

Quotuplex ſit Quantitas?

DIco: in prædicamento quantitatis locanda eſt quantitas continua, & diſcre-

ta, ità ut continua ſub ſe contineat permanentem ejúsq; ſpecies, ſcilicet Lineam, Superficiem, & Corpus mathematicum, non autem ſucceſſivum, v. g. motum, & tempus: & ut diſcreta ſub ſe habeat numerum tranſcendentalem. Ità probabiliùs Sco. 5. Metaph. cap. de quanto, quoad omnes partes.

Præmittendum eſt in quo conveniunt omnes, vel plurimi, quòd quantitas ùt ſic alia ſit *Continua, cujus partes terminô communi copulantur*; alia *Diſcreta, cujus partes exigunt impenetrabilitatem ſinè termino communi*: exemplum primæ eſt linea menſæ, cujus primum, & ultimum punctum alijs ſimilibus in entitate adunantur; ſecundæ numerus binarius, vel alius: deinde quòd quantitas Diſcreta alia ſit *numerus*, alia *oratio* velut diviſa in ſpecies aut claſſes; numerus verò alius *tranſcendentalis*, id eſt multitudo aggregata ex entibus non quantis quantitate molis, v. g. ſex angeli; alius *prædicamentalis*, id eſt multitudo aggregata ex unitatibus prædicamentalibus, v. g. ſex lapides, qui numerus poteſt *materialiter*, *& phyſicè* ſpectari, ac ſic non eſt unum per ſe, *formaliter verò, & metaphyſicè* eſt ratio objectiva fundata in iſtis unitatibus quatenùs impenetrabile diſcretum faciunt, ùt docebo. Inſuper ſciendum eſt, quòd

ꝗuòd quantitas Continua alia ſit *ſucceſſiva*, ılia *permanens*, prioris partes non exiſtunt imul, v. g. *motus* unius horæ, vel etiam pſiusmet *temporis*; permanentis verò plaıè ſimul exiſtunt terminô communi co-ɔulatæ, & impenetrabiles. Tandem quòd icut quantitas Continua ſucceſſiva ſub ſe ıabeat motum, & tempus, ità & Continua ɔermanens dividitur in lineam, ſuperficiē, x corpus mathematicum (licèt quoad ɔræſens ſimilitudo claudicet) porrò *linea* ſt quantitas unius dimenſionis, id eſt lonȝa ſinè latitudine, & profunditate; *ſuperfi-ies* eſt quantitas duplicis dimenſionis, id ſt longitudo, & latitudo ſinè profunditae; *corpus* verò eſt quantitas trium dimenonum, id eſt longitudo, latitudo, & proınditas, & hoc vocatur corpus matheıaticum ad diſtinctionem corporis phyſii, id eſt: compoſiti ex materia, & forma. Iis præmiſſis

Declaratur varietas ſententiarum: noiſſimè P. Hermann poſt Baronem docet ɾopriè ad hoc prædicamentum pertinere ılùm *corpus*, ſinè rigore conditionum ve-ɔ omnia huc pertinere, imò & locum: ɔmmunior opinio aſſignat quantitatem ɔntinuam permanentem cum his veris eciebus linea, ſuperficie, & corpore, cui bſcribo addens & diſcretam, id eſt: nu-

 merum

merum prædicamentalem, ac orationem. Ita Sco. ci. ad minus problematicè, unde Scotiſtæ alij affirmant, alij negant, inter priores ſunt: Columbus, Pariſienſes, inter poſteriores Maſtrius, Poncius pro & contra alios citantes, alij verò ſupperaddunt, & motum, & tempus: vide Conimbricenſes, Cavellum &c. quidquid tamen alij ſentiant.

Probatur concluſio noſtra primò alios refutando: imprimis quantitatis Diſcretæ ſpecies, id eſt motus, & tempus huc non pertinent, nam motus pro materiali, vel ſubjecto pertinet ad prædicamentum illud, quò entitas mota, v. g. ad ſubſtantiam, ac qualitatem, pro formali verò eſt relatio, vel tranſitus â non eſſe ad eſſe formæ; idem eſt de tempore intrinſeco, ac extrinſeco prout explicavi in Phyſica.

Reſpondent: motum, & tempus; item & locum huc non pertinere ſub eadem ratione, quâ pertinent, v. g. ad ſubſtantiam, vel relationem. C. ſub alia, quâ nempè ſunt menſurabilia, tarda, velocia &c. N. & dicunt ea eſſe ad minus analogicè, & denominativè quanta, & ſic huc ſpectare. Contra: quæritur hic quænam eſſentialiter ſpectent; deinde, vel ratio relationis eſt objectivè diſtincta à ratione quantitatis, vel non, ſi ſecundum, nullo modo huc per-

pertinet; ſi primum hæc ratio erit definibilis ùt numerus formalis, quod nimium probat, cùm ergò nec materialiter ſint quantitas, nec formaliter quid abſoluti, hìc debent excludi.

Probatur Secundò: ſolum corpus non conſtituere ſpeciem quantitatis, quod P. Hermann ait ab alio authore non eſſe dictum, cùm tamen Maſtrius id adſcribat Blanco, & in Hurtado; ac Durando legi, niſi vim ponat in ſua definitione, ſed hac ſtante ſit cujus ſit, ſic improbatur: ad aliud prædicamentum non pertinet linea, ac ſuperficies, & ſunt entia mathematica, quorum primum habet partes extra partes ſecundùm longitudinem, alterum ſimul, & ſecundùm latitudinem. Confirmatur ex Ariſt. 5. Metap. c. 13. idem tenente, Nec dicas, eum loqui problematicè ùt Sco. certè hi plures quàm unicam ſpeciem ſub genere ſupremo requirunt. Reſpondet Hermann: ſub genere prædicabili. C. prædicamentali N. Contra: licèt non omne genus prædicabile ſit ſupremum prædicamentale, tamen omne genus prædicamentale debet etiam eſſe prædicabile, unde aliàs nomen generis, & cûr univerſalia dicerentur introductio ad prædicamenta? item benè ait Sannig, lineam, & ſuperficiẽ participare naturam communem quanti-

tatis Continuæ permanentis, & prædi in quid completè de linea, vel ſuperficie B. C. Ergò ſunt veræ ſpecies: idem eſt numero prædicamentali, ùt patebit vendo argumenta.

Obijcies I. una ſpecies non debet in di in altera, ſed linea, & ſuperficies in duntur in corpore: Ergò &c. Reſpon tur Diſtinguendo Majorem; non debet cludi materialiter N. formaliter. C. ad norem dicitur, lineam eſſe in ſuperficie, cut caro, & oſſa in corpore humano, & tamen caro ſeorſim ſumpta eſt compoſitúm phyſicum.

Inſtabis: ſuperficies eſt formaliter extenſa per longitudinem; Ergò lineæ formalis ratio continetur in illa. Reſpondeo Diſtinguendo Antecedens: per ſolam longitudinem, quæ eſt ratio lineæ N. per illam cum latitudine. C. ſic etiam caro, & oſſa ſunt partes integrantes, ſaltem corporis hominis.

Inſtabis: homo nequit materialiter includi in bruto, nec equus in leone &c. Ergò ab inductione una ſpecies nequidem materialiter poteſt includi in altera. Reſpondeo: præterquam à metaphyſicis ad phyſica fit digreſſio, genus hominis, & bruti, ac materiam eſſe quoque ejuſdem rationis, & in utroque idem identitate pro-

por-

ortionatâ: ſic etiam dic, vel materialiter
ſſe incompleta.

Inſtabis: tali modô & punctum, vel in-
livisibile directè poſſet huc reponi, eſt
:nim terminus lineæ, ſicut illa ſuperficiei.
Reſpondeo Negando Aſſumptum: nam
ıon exigit diviſibilitatem ſi eſt unicum,
hinc alij dicunt lineam includi tantùm ùt
terminum in ſuperficie, non ùt genus, vel
differentia, ſi dicas terminus non eſt quan-
titas, reduplicativè verum eſt.

Inſtabis: quando duæ lineæ, vel ſuperfi-
cies applicantur in aliquo plano, illæ ſe pe-
netrant, & ſunt indiviſibilia in eodem loco;
Ergò habent ſe ùt puncta, nec participant
rationem communem quantitatis. Re-
ſpondeo Negando Antecedens: nequi-
dem juxta me puncta ſe penetrant, de ſu-
perficiebus verò P. Hermann inferret o-
mnia in univerſo compenetrata eſſe, nam
ſuperficies aëris, & corporis exterius ſe pe-
netrarent, ſuperficies cutis, & carnis, car-
nis, & oſſium &c. falſiſſimum eſt, quando
quis ponit ſuper tabulam planam manum,
quòd lineæ ſuperpoſitæ manus ingredia-
tur lineas tabulæ, ſed ille author hic eſt in-
genioſior alijs hic mecum ſentientibus, &
in doctrina de punctis diſſentientibus mi-
hi, licèt experientiæ locum neget, & chaös
immenſum faciat.

In-

Inſtabis: ſequetur corpus excludi, quia non erit unum per ſe, ſi componatur ex pluribus habentibus unitatem per ſe, & eſſe completum, v. g. ex linea, & ſuperficie. Reſpondeo ùt ſupra: & retorqueo; quòd nec corpus humanum P. Hermann erit unum per ſe, ac completum, quia verè caro, & oſſa ſunt entia, & corpora phyſica, completa in ratione oſſis, vel carnis.

Obijcies II. cum Maſtrio, & Poncio excludentibus numerum: quia ille non eſt unum per ſe, ad hoc varia dicuntur. Sed Reſpondeo: numerum pro formali, & metaphyſicè importare formalitatem abſolutam, quâ in tali ordine dicuntur materialia eſſe extenſa.

Inſtabis: unitas per ſe metaphyſiça fundatur in unitate phyſica, ſed numerus nullam habet unitatem phyſicam per ſe; Ergò &ç. Reſpondetur primò: numerum habere etiam phyſicam unitatem, non quidem compoſitionis, vel ſimplicitatis, ſed ordinis, in quantùm omnes numeri inter ſe dicunt ordinem, non quaſi unus deberet eſſe prior, vel poſterior, ſed ad conſtituendum determinatum aliquem numerum. Reſpondeo ſecundò: quòd ſicut conceptus metaphyſicus negationis phyſicæ eſt quid poſitivum, ità & metaphyſicè unitatem per ſe fore, licèt phyſica unitas non

eſſet,

ſſet, quæ tamen ordinis eſt, nam & ſcien-
ia realis de numero agit, & per hoc ad Re-
ponſionem Poncij patet, quòd omninò
e formalitate entis per accidens poſſit eſ-
: ſcientia univerſalis, vel metaphyſica
on alia; de oratione hoc ſenſu idem eſt,
ùm ad aliud non pertineat tam clarè ùt
ucceſſiva entia, quidcunque *Orths* contra-
icat.

DISPUTATIO IV.

De Qualitate.

QUanquam Ariſtoteles priùs in Logica de relatione, quàm de qualitate egerit, ſus tamen & congruentia, nè abſoluta mi-:erentur, tractando relativa obtinuit, ut oſt quantitatem de qualitate agatur, ita-ue ſit

QUÆSTIO I.

Quid ſit Qualitas?

DIco: Qualitas optimè definitur: *accidens abſolutum, quô res dicitur qualis.* Ita riſtoteles 5. Metaph. cap. 14. contra o-nnes modernos Philoſophos ferè, hanc efinitionem ridentes, & proprias paſſim formantes.

Probatur Primò: hæc definitio conve-it omni, ac ſoli accidenti, conſtat genere, : differentiâ, & clariori modô pro ſtatu iſto

iſto poſſibili naturam qualitatis per eſſentialia explicat; Ergò &c. Probatur Antecedens quoad tertiam partem: nam de prioribus facilè omnes concedunt. Probatur inquam: tum quia eſt per effectum formalem; tum quia notiorem formalitatem de ea non habemus, quàm proprietates, & exigentiam proprietatum, ſed his clarior eſt effectus ille formalis; Ergò &c. Confirmatur: hæc definitio non eſt per circulum ſicut illa, *quantitas eſt quâ dicimur quanti* &c. nam jam ex introductione Porphyriana ſupponitur ſciri, *quòd* & *quid* ſit quale, nam differentia eſt *quale contrahens per modum eſſentialis*, alia accidentia ſunt purum *quale*, id eſt: non dicuntur per modum eſſentialis, qualitas verò eſt id quo res dicitur *qualis*, ut per eam *qualis* formalitatem nobis ignotam, quæ eſt exigentia remiſſibilitatis &c. ſaltem effectus genericus hujus prædicamenti, quantum fieri poteſt, innoteſcat.

Probatur Secundò refutando aliorum deſcriptiones: ſic loquor, quia ſœpè ſunt orationes rhetoricæ, & breviores, vel locò differentiæ proprietatem formalem, vel radicalem ponunt, priores duæ non ſunt per eſſentialia, poſteriores magis obſcuræ, quàm illa Philoſophi, quæ huic exigentiæ pro-

ropriefatum ſuperaddit effectum forma-
em aliquem. Nec dicas: obſcurum effe-
tum tranſeat, clarum N. Contra eſt, quòd
enericus ſit, & pro tali clarus, nec datus
er circulum ob rationem ſupra datam,
mò ut hoc *quale* magis innoteſceret, Phi-
oſophus opportunè præmiſit agere de re-
atione, deinde de qualitate, nam tunc Iſa-
oge nondum erat. Confirmatur conſi-
leratione deſcriptionum apud Scotiſtas
epertarum: Maſtrius ait, quòd ſit *acci-
lens abſolutum, ratione cujus ſubjectum poteſt
ntendi, & remitti.* Poncius cum ſuis con-
ratribus, quòd ſit *accidens abſolutum pene-
rabile.* Baro *ſubjectum alterans, & afficiens.*
Hurtadus *à quantitate diſtinctum*; Arriaga
ccidens abſolutum nihil addendo; Suarez *ad
omplendam perfectionem ſubſtantiæ.* Sannig
iè videatur errare hæc omnia jungit, alij
iomine aliter, in re idem.

Obijcies: iſta definitio eſt per circulum,
bſcura, & confuſa; Ergò &c. Probatur
Antecedens; aliàs etiam liceret dicere
uantitas eſt quâ dicimur quanti, & albe-
linem poſſem definire, quâ quid eſt album.
Reſpondeo ex probatione prima. Nec di-
as, etiam alia accidentia prædicantur *in
uale*, imò & differentia, ibidem patet ad
ſta, quâ *quales, vel tales* dicimur, ſignificat
ra-

radicem paſſionū nobis ignotam excep
quoad effectum formalem genericum.

Quæres: quot, & quænam ſint pr
prietates qualitatis? Reſpondetur e
tres, quarum prima eſt *habere contrari*
v.g. calor contrariatur frigori, albedo n
gredini, altera eſt poſſe intendi, & remi
id eſt, *ſuſcipere magìs & minùs*, tertia eſt
cundùm quam ſimiles, vel diſſimiles dicimu
circa quas ſciendum eſt: primam requiri duas formas abſolutas poſitivas, quales non ſunt tenebræ phyſicè loquendo; unde ſi quis lucem doceat qualitatem eſſe, nequit aſſerere primam eſſe in quarto modo propriam: ſic etiam aliqui putant non omnes poſſe intendi, ſed oppoſitum probabiliùs judico: de tertia Notandum eſt, quòd ipſa ſimilitudo non ſit qualitas, ſed fundamentum, quando verò ſecundùm ſubſtantiam, & quantitatem dicuntur ſimilia, confunditur cum identitate, ac æqualitate; quæ doctrina ſupponit communia principia phyſicæ.

QUÆSTIO II.

Quotuplex ſit Qualitas?

DIco: Qualitas prædicamentalis benè dividitur in qualitatem *activam*, & *non activam* tanquam in duas diſtinctas ſpecies. Hæc eſt nullius, quòd ſciam, colligitur tamen

men ex Ariſt. & Sco. ubi cum alijs commu-
niter hic aſſignant pro qualitatis claſſibus ſequentes, *habitum & diſpoſitionem*, *naturalem potentiam*, *& impotentiam*, quas dico pertinere ad *activam*; *paſſionem* & *paſſibilem*, *formam*, & *figuram*, quæ pertinent ad qualitatem non activam, ubi per *non* activam non intelligo paſſivam, ac neutram ſive reſiſtentem, ſed qualitatem, quæ nec eſt principium agendi faciliter, nec aliter.

Declaratur concluſio: alij Philoſophi poſt Ariſt. enumeratas claſſes omnes admittunt, quas ſic explicant: *habitus eſt qualitas proveniens ab extrinſeco diſponens ſubjectum ad operandum, ità tamen ut ſic difficulter mobilis à ſubjecto*, ſi verò facilè ab eo ſit mobilis, ſolet dici *diſpoſitio*, ex quo patet eſſe terminos minùs, & magis communes accidentaliter differentes: *potentia* verò *fundamentaliter ſumpta* (nam dicam formalem eſſe relationem) *eſt qualitas innata ſubjecto, hoc eſt illi naturaliter debita, cum qua ſubjectum agere poteſt faciliter, & ſimpliciter*, dummodo ſit realiter diſtincta à ſubjecto, ut omnes uno ore clamant in via Scoti; *impotentia* verò naturalis non eſt privatio aliqua, ſed *qualitas quâ ſubjectum difficulter agit, & facilè patitur*, id eſt potentia debilis, non verò facultas retardans ſubjectum ab actione, nam

nam tales defectus non ſunt innati. Ex quo patet has duas qualitates habitum, & potentiam eſſe activas (diſpoſitio eſt exiguus initiativè habitus, impotentia debilis potentia) deinde *paſſio*, quæ non ſumitur proprietatis locò, *eſt qualitas citò tranſiens*, v. g. rubor in vultu &c. *paſſibilis* verò *qualitas diutiùs permanens*, v. g. albedo conſueta in facie: *Forma* tandem pro modo illo exteriori, quo res aliqua talis, vel talis dicitur, v. g. color, vel illa forma in homine, quæ ſi eſt artificialis, dicitur figura, ſi naturalis, forma; quâ declaratione præmiſſâ

Probatur Concluſio: tum ex regulis bonæ diviſionis; tum quia qualitates activæ, & non activæ participant rationem qualitatis ùt ſic, addúntque differentias ſuas, primæ quidem, quia ſuperaddunt virtutem agendi, aliæ verò licèt per negationē talis virtutis explicentur, ſicut irrationale ſonat negationem rationalitatis, eſt tamen ſicut in ijs poſitiva formalitas, ùt & in brutis rationalitas; deinde qualitas activa dividitur in *potentiam*, & *habitum*, non activa in *paſſionem*, & *paſſibilem*, *formam*, & *figuram*; rurſùs poſſet dici, quòd habitus ſit duplex *facilè*, & *difficile mobilis*, licèt poſterior vulgariter dicatur talis, item potentia alia eſt *fortis*, alia *debilis &c.*

Colli-

Colliges: Ariſtotelem hanc diviſionem uidem penetrâſſe, ſed ſicut Porphyrius ıon diviſit univerſale ùt ſic immediatè; ıeq; prædicamentum unum eſt poſitum, vel duo, ſed congruè decem, ità ut arbor prædicamentalis de qualitate exſurgat, primò eſt dividenda in duas ſpecies, quarum quælibet ſubdividitur. Porrò ſi quæras, qualis ſit diviſio activæ in *habitum*, & *potentiam*? dico hæc membra penes connotata diſtingui, eò quòd una ſit innata, altera non; hinc eſt quòd, v. g. Logica naturalis docens ſit potentia, & ſimpliciter phyſicè neceſſaria, artificialis verò habitus ſimpliciter moraliter requiſitus. Si quæras, qualis diviſio ſit illa qualitatis non activæ in *paſſionem, formam* &c. dico qualis, v. g. diviſio nigredinis in rubrum, flavum, ſuppoſitô, quòd colores medij participent extremos.

Quæres: an qualitas ſit perfectior quantitate? Reſpondeo qualitates activas eſſe perfectiores, non verò illas quas baptizavi non activas, & quia hæc diſtinctio nullius, ideò nec reſponſio ullius fuit; ſi petas, quo pertineant *rarum, denſum, aſperum, lene*? Reſpondeo priora ad quantitatem; ſi verò pro forma ſumantur, ad qualitatem, aſperitas verò, & lenitas ad paſſionem, vel paſſibilem, imò & quodammodò ad po-

tentiam, nam ſicut calor eſt in igne calefactivus, ità in aceto aſperitas aſperefactiva.

QUÆSTIO III.

An detur Potentia neutra inter activam, & paſſivam, violentam, & naturalem?

DIco: quòd detur Potentia neutra inter activam, & paſſivam, violentam, & naturalem. Ità Sco. q. 1. prologi & 9. Metaph. q. 12. quoad ſecundam partem contra Tho. ſignatè Cajetanum, Soto &c. Cæterùm rariùs hìc pertractari ſolet iſta materia.

Probatur tamen primò, quòd detur potentia neutra inter activam, & paſſivam; illa potentia eſt neutra, quæ reſiſtit ſinè activitate, ſed talis datur; Ergò &c. Major conſtat, cùm pati non ſit reſiſtere. Minor probatur: durities in ſaxo reſiſtit activitati agentium naturalium, quando volunt formam aliquam incompoſſibilem introducere, ſed lapis non eſt activus; Ergò &c.

Reſpondent Diſtinguendo Minorem: durities reſiſtit poſitivè N. negativè tranſeat. Contra: vel per poſitivam reſiſtentiam intelligunt activitatem aliquam, quali frigus reſiſtit calori, vel intelligunt nihil ibi eſſe in ſaxo quàm negationem talis activitatis,

tatis, primum gratis do, at ſecundum dici nequit, quia talis negatio eſt reſpectu ſimilis formæ, v. g. humiditatis in non duro; Ergò durities reſiſtit aliquô modô poſitivô.

Probatur Secundò de potentia præſertim paſſiva, quòd neutra detur, id eſt nec violenta, nec naturalis, quæ nec inclinat ad formam, neque ad oppoſitam: datur ſuperficies, quæ poteſt dealbari, & nigrefieri: ſed hæc eſt neutra paſſivè reſpectu albedinis; Ergò &c. Probatur Minor: non inclinat, aliàs eſſet violenter ſub nigredine, nec ècontra; Ergò indifferenter reſpicit utramque: item angelus nec eſt cum inclinatione, nec contra inclinationem in hoc loco &c.

Reſpondet Cajetanus: ſuperficiem ùt ſic abſtrahere ab albo, & nigro. Contra quem ſic arguo: ſuperficies Phyſica, vel eſt cum inclinatione ſub albedine, & ſic eâ ſublatâ adveniente nigredine erit violenter, cujus ratio nulla eſt; vel contra inclinationem, ſed quæram cur? Ergò neutrô modô.

Reſpondet: eſſe indifferentem per excluſionem majoris inclinationis. C. per excluſionem inclinationis naturalis N. Contra: non habet majorem inclinationem ad albedinem, quàm nigredinem; Ergò patitur

 titur

titur indifferenter utramque; fateor reſponderi rurſus poſſe, inferri indifferentiam majoris inclinationis non ſimpliciter, nam dicet inclinari ad utramque non ſimul, ſed ſucceſſivè. Confirmatur ergò per inductionem plurium, de angelis, de cœlis, quorum motus ſi naturalis eſſet, terminaretur ad quietem, ſi violentus, univerſum pateretur violentiam. Sed fortè diceret: eſſe naturalem circulariter, cujus natura eſt non tendere ad quietem, & angelum, vel etiam orbem lunæ eſſe hic, & ibi indifferenter, id eſt: non cum majori inclinatione hic quam ibi, ſed hoc eſt inclinari neutraliter; Ergò tali modo ſubſcribitur.

Obijcies I. contra primam partem: potentia ùt ſic adæquatè dividitur in activam, & paſſivam; Ergò non datur media. Probatur Antecedens: potentia pro formali importat relationem, ſed hæc eſt tantùm duplex, ſcilicet relatio actionis, & paſſionis; Ergò & duplex tantùm potentia. Reſpondeo Negando Antecedens; Probationis Majorem diſtinguo, potentia activa, vel paſſiva. C. ùt ſic N. Majorem, illa enim eſt gradus abſtractus, ſic etiam ad Minorem dico; vel dic, ſicut talis reſiſtentia impropriè dicitur actio, ità & reſiſtens ſimilitudinariè dicetur agens.

Obij-

Obijcies II. contra alteram partem: non datur potentia neutra activa; Ergò nec paſſiva. Probatur Conſequentia: quia omni potentiæ paſſivæ correſpondet activa, & mutuò. Reſpondent aliqui Negando Antecedens; & Lalemandet inquit, animal ſe movere ſic indifferenter motu rectô, & circulari, ſed malè; nam omnis actus eſt perfectio agentis, & conſequenter cum inclinatione; Nego itaque primam conſequentiam: Antecedens Probationis explico, quòd quidem omni potentiæ paſſivæ correſpondeat activa, vel proportionata, vel improportionata in ratione potentiæ, licèt cum proportione in ratione agentis, nam creatura habet potentiam paſſivam naturalem ad formas naturales, ſed huic non reſpondet activa naturalis ex Sco. ci. ſic abſoluta ſunt abſoluta.

DISPUTATIO V.

De Relatione.

De relatione acturus præmitto ex arte Lulliana præter ſubjecta abſoluta, & principia eſſentialia aſſignari reſpectiva, ubi reſpectiva ſequuntur doctrinam peripateticam, quâ ſtante ſub utriſque principijs ſit

QUÆSTIO I.

Quid, & quotuplex ſit Relatio, & quomodo ab extremis diſtinguatur?

DIco: Relatio quartum prædicamentum conſtituens, vel prædicamentalis, eſt *accidens reale conſurgens ex natura extremorum, cujus totum eſſe eſt ad aliud ſe habere, diſtinctum realiter à fundamento & termino.* Deſumitur ex Sco. in 2. d. 1. q. 5. & alibi ſæpè, & ex D. Tho. part. 1. q. 13. art. 7. cum ſequacibus utriusque ſcholæ contra Nominales, inter quos ſunt RR. plurimi. Pro cujus intelligentia

Præmittenda ſunt quædam communia, & quædam minùs controverſa, vel ex alibi dictis reſolvenda. Primò per relationem intelligunt omnes habitudinem ad aliud, quæ aliquando eſt rationis, aliquando à parte rei; nam certum eſt, quòd filius dicat ordinem ad patrem ſinè ope intellectûs, quâ hircocervus dicitur factus. Deinde conveniunt, quòd ad relationem percipiendam ſint ſuggerenda tria, *ſubjectum*, *terminus*, & ipſe *ordo*, vel relatio; ſubjectum, vel fundamentum eſt id, in quo recipitur, ac unô verbô quod refertur; terminus id, ad quod refertur, ipſa verò relatio propriè habitudo unius ad aliud appellatur. Tertiò paſſim concordant, quòd relatio

latio à parte rei ſic ſumpta non conſtituat hoc quartum prædicamentum, ſed quòd dividatur in relationem *extrinſecùs advenientem*, quæ eſt multiplex, & multa prædicamenta conſtituit, ùt dicetur, & *intrinſecùs advenientem*; prima ex his non conſurgit ex natura extremorum, ſed inſuper conditio quædam requiritur, v. g. ùt ſit actio, vel paſſio inter lignum, & ignem, non ſufficit quòd ignis exiſtat, & lignum, ſed inſuper approximatione opus eſt, poſterior verò ex natura extremorū conſurgit, v. g. exiſtente albo A, & B, illicò oritur ſimilitudo; de extrinſecùs adveniente in ſequentibus: de alia verò communior opinio eſt, quòd ſit duplex, alia *tranſcendentalis*, quæ eſt *talis habitudo inſeparabilis à fundamento, eique realiter identificata* (circa quam duo ſunt notanda: nempè quòd formaliter diſtinguatur à fundamento, ùt poteſt deduci ex ijs, quæ de diſtinctione formali univerſim tradidi, vel videri apud alios, & quòd ipſius deſcriptio ſcilicet eſſe *reſpectum realiter identificatum*, ſit quaſi à poſteriori ſupponens notitiam prædicamentalis) alia *prædicamentalis*, id eſt hoc quartum prædicamentum conſtituens, quam in concluſione definivi, & quidem in his potiſſimùm conveniunt, ſed acriter pugnatur, an prædicamentalis relatio diſtinguatur realiter à

 fun-

ſundamento, vel non, affirmativa contra Nominales & RR.

Probatur primò, authoritate Ariſt. & primorum Philoſophorum, imò & alij S. Aug. 8. categ. probant; deinde relationes extrinſecùs advenientes diſtinguntur realiter ab extremis, aliàs non daretur Incarnatio, ſeparatio accidentium in Euchariſtia, cauſalitas in rebus, niſi nominetenùs ùt Adverſ. loquuntur, imò hoc prædicamentum tolleretur.

Reſpondet Arriaga; tollendo prædicamentum, non tolli præceptum, vel Sacramentum; deinde alius poſſet dicere Sco. ci. principium petere, ſi enim relatio aliter explicetur, idem erit de actione hac, vel illa. Contra: fortè & Sacramentum tolleretur, ſicut enim ille in phyſicis diceret relationem eſſe ſolum nomen ſuperadditum, cùm plena authoritas & ratio monſtret, alia eſſe cum ordine, alia eſſe purum ordinem, ità in moralibus Nominalis de Sacramentis, de charactere, de myſterijs loqui alius poſſet: indirectè hic addo quod

Reſpondet, vel potiùs ſe novi aliquid dicere monſtrat P. Hermann hic n. 9. concludendo quòd quilibet Scotiſta ſalvâ Doctoris authoritate negare poſſit diviſionem, & diſtinctionem ex- & intrinſecùs advenientis, quia poteſt negare decem præ-

prædicamenta, ſed contra hoc jejunum inventum, ſic arguo: Sco. quidem docet poſſe pauciora prædicamenta poni, per hoc tamen alia non negat ſimpliciter, ſed ſupremitatem generis ijs illo caſu negaret, unde ſtaret illa diſtinctio; imò hac ſublatâ potior doctrina Scoti evaneſceret, ille enim *ſubtilis* eſt in formalitatibus, naturis communibus, & relationibus.

Probatur ſecundò ex arte Lulliana: eſſentialia principia B. M. D. P. S. Vo. Vi. Ve. G. diſtinguuntur à reſpectivis ☰. ⊙. M. Æ. Min. &c. idem eſt de ſubjectis artis illius □. ⁝ ⁝ ⁝ . &c. Ergò ralatio diſtinguitur ab extremis. Confirmatur: ipſam relationem diſtingui à fundamento poteſt per principia eſſentialia, & reſpectiva deduci; Ergò diſtinguitur. Probatur Antecedens: per B. ☰. quæcunque habent differentes *perfectiones & communicationes* reales, diſtinguuntur inter ſe realiter per eas, ſed tales habent relatio, & fundamentum; Ergò. Probatur Minor: fundamentum habet perfectionem v. g. intenſionis, ſi eſt qualitas, per ſe ſtandi, &c. relatio verò perfectionem relativam ad aliud. Probatur idem Antecedens per M. Æ. Min. illa quorum unum aliquod majus poſſidet reale, aut æquatur alicui extremo realiter, cui non æquatur aliud, diſtinguuntur realiter,

liter, ſed; Ergò. Minor patet: quia fu
damentum æquatur ſubſtantiæ, quali
ti, &c. relatio verò non, vide authores
principijs inſiſtentes, Lullium, Kircheru
Sanchez, &c.

Probatur tertiò: eſſentia, proprietat
& accidentia ſunt diverſa in fundament
& relatione; Ergò etiam relatio & fund
mentum ſunt diverſa, & diſtincta realit
genera. Probatur Antecedens: fund
mentum eſt ſubſtantia, qualitas, quan
tas, eſt quid abſolutum, antecedens re
tionem, ipſam cauſam, manens eâ pereu
te, per ſe exiſtens, ſi eſt ſubſtantia, inh
rens ùt abſolutum, ſi eſt qualitas, vel qua
titas, ſed horum nihil convenit relatio
Ergò, &c. Major declaratur: paries alb
A. exiſtit v. g. ante album B. ſi ſecund
producatur, fit illi ſimilis, Ergò iſta ſimi
tudo non eſt ipſe paries, &c.

Reſpondent: non eſſe parietem ſimp
citer, & nudè. C. cum nova denominati
ne, & connotatione. N. Contra: de no
illi advenit, quòd dicatur ſimilis; Ergò n
va forma hanc denominationem tribuer

Retorquent argumentum de DE
Contra: ego quoque in Theologia de in
mutabilitate Dei formas relativas ſupera
ditas defendo, unde licèt retorſio alijs
æquè difficilis, non mihi; deinde per ho
quò

quòd argumentum efficax pro negativa adducant, non omnia ſolvuntur pro affirmativa, licèt præſens.

Confirmatur: antequam exiſteret paries B, paries A, non erat formaliter ſimilis, hoc eſt non habebat formam, à qua ſimilis diceretur; Ergò quando fit ſimilis, debet eſſe nova forma. Nec dicas: debere eſſe novam formam juxta modum concipiendi, & nominaliter. C. ſuperaddita. N. vel connotativè. C. aliter N. Contra: uti verum eſt, quòd Petrus ſit homo, & Paulus ſit homo, & quòd conveniant in identitate, ità verum eſt, quòd hoc ſit verè à parte rei formaliter, idem eſt de pariete albo &c.

Reſpondent alij; Ergò relatio diſtinguitur à fundamento ſolo. C. à fundamento, & termino ſimùl exiſtente N. Contra: ſimilitudo eſt realiter diſtincta à pariete A, & B, ſimul ſumptis. Probatur Aſſumptum ex definitione, cauſalitate, proprietatibus &c. deinde ſimilitudo non ſunt duo parietes albi, nec duæ albedines; item non minùs eſt verum, quòd ſint ſimiles, quàm quòd ſint albi; rurſus duo parietes nigri, & duo albi ſunt ſimiles, & iſtæ duæ ſimilitudines plus conveniunt, quàm parietes albi, & nigri; Ergò eſſe ſimilem, non eſt formaliter eſſe fundamentum, & terminum; tandem ſi hæc conſiſtant in modo lo-

loquendi ſolùm, omnes ſcientiæ reales tollentur, quia quidquid per ſe ſenſibile non erit exercitè, admittam duntaxat penes modum imaginandi, unde licèt in ſchola Nominalium hìc fumus tranſeat, in RR. Gymnaſijs eſt craſſa nebula.

Obijcies I. ad relationem non datur motus; Ergò non eſt forma ſuperaddita, ac realiter diſtincta. Reſpondeo Diſtinguendo Conſequens: abſoluta. C. relativa N. hinc non fit per mutationem propriè dictam, ſed conſurgit ex natura extremorum; ſic etiam ad alias authoritates reſponde.

Inſtabis: extrema ſunt relata ſinè ſuperaddita forma relativa realiter diſtincta; Ergò &c. Probatur Antecedens: eô ipſo cenſentur relata, quando ſunt ſimilia, vel æqualia, ſed ſinè tali ſuperaddito ſunt ſimilia; Ergò &c. Probatur Minor. poſitis duobus parietibus præciſò quocunq; aliô, poſitâ in utroque albedine ſunt ſeipſis ſimiles; Ergò. Reſpondetur: eſſe ſeipſis ſimiles fundamentaliter. C. formaliter N.

Inſtabis: formaliter ſinè tali ſuperaddito Petrus, & Paulus ſunt idem; Ergò & parietes ſimiles. Probatur Antecedens: ſunt idem eſſentialiter formaliter; Ergò non per accidens ſuperadditum. Reſpondeo Negando Antecedens, Probationem Diſtinguo:

tinguo: eſſentialiter ex parte extremorum. C. ratione accidentis ſuperadditi N. ic etiam unio licèt ſit ſemper accidens, extrinſecè tamen ſæpè ſubſtantialis dicitur.

Inſtabis: vel illa forma ſuperaddita eſt coëxiſtentia extremorum, vel aliud, quidquid dictum fuerit, eſt contra; ſi enim primum, erit extrinſecùs adveniens; ſi ſecundum, quæ ratio diſtinctionis? Reſpondet Poncius: poſſe dici coëxiſtentiam diſtinctam realiter ab extremis, nec aliam dari intrinſecùs advenientem. Mayron verò inquit relationem poſſe tolli ab extremis, ſed neutrum arridet, dico ergò non eſſe coëxiſtentiam, rationem verò aſſigno: quòd non tantùm dicantur coëxiſtere fundamentum, & terminus, ſed ſimilia, vel diſſimilia; ubi effectus ibi cauſa. Si petas, quomodò cauſetur? dico per reſultantiam talem, id eſt: relationibus propriam, ſubſequentem coëxiſtentiam extremorum.

Obijcies II. ſi relatio eſſet forma diſtincta, quotidiè ferè innumeræ entitates novæ eidem ſubjecto advenirent, quæ non facerent aliud, quàm aggregatum peraccidens. Reſpondeo: primam partem admittendo, ad aliam dico, ſubjectari ibi velut accidentia relativa, & retorqueo, quòd juxta Ocham innumeræ connotationes, & denominationes omni die oriantur.

In-

Inſtabis: relationes ſunt entitates minimæ; Ergò debent concipi minori modô, quo poſſunt, quod fit per connotationes, & denominationes ab indiſtincto. Reſpondeo Diſtinguendo Antecedens: comparativè ad abſoluta, C. comparatæ ad gradus ſimplices. N. Et ſi quæras; an perfectionem dicant? dixi quòd entis, ac etiam perfectionem relativam minimam proportionatè afferant.

Inſtabis: Deus producens, & diſſimilis creaturis dicitur ſinè tali forma ſuperaddita; Ergò & creaturæ inter ſe. Reſpondetur primò agi de relationibus, quæ ſunt inter reponibilia hoc tractatu, ſed oppoſitum Antecedentis abundè ſignificabo alibi: cæterùm dic relationes non eſſe denominationes extrinſecas.

Inſtabis: plura abſurda allegando, & neceſſitatem illius formæ ſuperadditæ proſcribendo; tum quia ſicut ſimilitudines duæ ſeipſis formaliter ſunt ſimiles, ità & albedines, tum quia pars eſſet æqualis toti, daretur proceſſus in infinitum, idem accidens eſſet in pluribus ſubjectis. Reſpondeo ſingulatim ſimilitudinem eſſe illud *quo*, hinc nequit ſimilis eſſe alteri ùt paries albus, utì nec albedo alba, aliàs ſequelas Nego, nam iſta accidentia ſunt indiviſibiliter in ſubjecto, ſicut ex abſolutis, ſola ſpiritualia, hinc

hinc quælibet pars non dicitur ſimilis, vel equalis reduplicativè, ſed totum; ad reliqua patet ex dictis & dicendis.

Obijcies III. relatio convenit omni rei. Nec dicas tranſcendentalis. C. prædicamentalis. N. nam omnia vel ſunt idem, vel diverſa; Ergò, &c. Reſpondeo, omnia quidem referri ùt *quod*, ſed non eſſe relativa formaliter.

Inſtabis: omne ens maximè creatum dicit ordinem ad aliud; Ergò relativum formaliter erit. Reſpondeo: Diſtinguendo Conſequens, vel *ſecundùm dici*, vel *ſecundùm eſſe*. C. omne ens quidditativè, & *ſecundùm eſſe* eſt relatio N. porrò fieri poteſt ut ea, quæ ſunt in ſe abſoluta, denominativè ſint relationes, at hìc loquntur relationes formales.

Obijcies IV. genus relationis eſt ſimplex, ſuam diſtinctionem, & ſpecificationem habens à fundamento, vel termino; Ergò ab his non ſecernitur. Reſpondeo: relationem velut alia genera componi ex alio genere, vel gradu tranſcendenti & differentia, quia tamen relatio dicitur entitas minima, terminativè pro illius explicatione adhibentur extrema. Vide Favent. lib. 5. Metap. diſp. 19. & alios.

QUÆSTIO II.

An relatio terminetur ad abſolutum, vel reſpectivum?

Dico: omnis relatio prædicamentali terminatur ad abſolutum. Ita Sco. cum ſuis in 1. d. 30. q. 2. & RR. plurimi contra Thomiſtas docentes terminari formaliter ad correlationem, & aliquos mediâ viâ incedentes, quòd mutuæ relationes terminentur ad relativum, non mutuæ verò ad abſolutum, P. Hermann tamen docet aliquas mutuas, & non mutuas terminum abſolutum non habere, v.g. illæ, quæ ad privationes, entia rationis &c. terminantur, & quæ fundantur in alia relatione, ſed hic Author, pace dixerim, ſtatum quæſtionis non intellexit, vel ſe ſuper eum non reflexit, undè

Declaratur ſenſus ejus, qui talis eſt, an relatio terminetur ad correlationem, quæ eſt in illa alia re, quæ eſt terminus? an verò ad ipſam aliam rem ſecundùm ſe conſideratam, quæ eſt ſubjectum correlationis? v.g. an relatio ſimilitudinis fundata in pariete A terminetur ad parietem B ùt album, an verò ùt ſimilem per aliam mutuâ correlationem, ubi Thomiſtæ dicunt parietem ùt album eſſe rationem radicalem terminandi, ùt verò correlativè ſimilem eſſe

eſſe rationem formaliter terminandi, ſic politiores Scotiſtæ, & extranei explicant. Nunc

Probatur primò: relatio eſt duplex quippè mutua, & non mutua, ſed neutra terminatur ad reſpectivum; Ergò utraque ad abſolutum. Probatur Minor: non mutua eôipſô fieret mutua ſi ad aliam correlativam terminaretur: neque mutua ad ſimilem terminatur: Ergo &c. Probatur: tum à paritate non mutuæ; tum quia mutua non ponitur ut ſit terminus, ſed ut illa res, quæ eſt terminus, mutuò aliam ſundet, & intrinſecè referatur. Confirmatur: albus paries A refertur ad album B, ſed paries albus B eſt quid abſolutum; Ergò &c.

Reſpondent: referri ad parietem ùt album N. ut correlativè ſimilem. C. Contra: non mutua refertur eodem modô, quô mutua, exceptô, quòd illa res mutuò non referatur; Ergò ſimilitudo mutua reſpicit parietem ùt album.

Reſpondent: rem illam quæ mutuò refertur eſſe terminum radicalem, & materialem. C. formalem N. Contra: non mutua habet terminum formalem ejuſdem rationis, deinde illa res, quæ mutuò refertur, v. g. paries B ùt ſimilis mutuò eſt formaliter fundamentum relationis mutuæ; Ergò ſub eadem ratione nequit eſſe termi-

nus formalis; inſuper album non eſt diſſimile nigro, proùt nigrum dicitur diſſimile albo &c.

Probatur Secundò: vel relatio mutua terminatur ad reſpectivum, quia relatio, vel quia mutua; non primum, aliàs & non mutuæ conveniret, nam & hæc participat rationem relationis ùt ſic; neque ſecundum, nam terminus formalis ſemper requiritur, & eſt ejuſdem rationis in utraque.

Reſpondent proinde aliqui: requiri, quia relatio eſt, & dicunt in non mutuis, eſſe mutuam relationem rationis. Contra: relatio rationis dependet ab intellectu; Ergò non mutua poteſt terminari, quin ulla viciſſim conſurgat ſive realis ſive rationis; præterea verè refertur ad terminū formalem verum, & non fictum.

Probatur Tertiò: relatio non plus dat ſubjecto, quàm ſuam rationem formalem, ſed ratio formalis relationis eſt referre, non verò aliam terminare; Ergò &c. Nec dicas, Minorem eſſe veram de non mutua, vel prima; non autem de correlatione. Contra: ratio relationis ut ſic eſt referre; Ergò ratio correlationis eſt mutuò referre. Confirmatur: ſecunda non terminatur ad primam, ſed ejus fundamentum *quod tale*; Ergò & prima refertur ad fundamentum

ſe-

ſecundæ ſpecificativè ſumptum. Rationes Scoti ex Ariſt. vide apud alios.

Objicies: dominus, & ſervus ſunt correlativa, ſed relatio domini terminatur ad ſervitutem; Ergò ad reſpectivum: Probatur Minor ex Ariſt. dicente: ſi omnia tollas *exceptâ ſervitute*, adhuc referri dominum, quâ ratione dicuntur ad convertentiam. Reſpondeo Negando Minorem cum Probatione, non enim habet *ſervitutem* ſed *ſervum*, at hìc nihil contra nos, ſicùt enim fundamentum formaliter non eſt relatio, eſtò non dicatur formaliter fundamentum niſi actu fundet, ità nec terminus formalis eſt relatio.

Inſtabis: homo nequit eſſe terminus relationis domini; Ergò ſervus. Reſpondeo Diſtinguendo Conſequens; ſpecificativè. C. reduplicativè N. paries B, qui mutuò ſimilis terminat, ùt ſimilis mutuò fundat; cum hoc ſtat, quòd relativa ſint ſimul naturâ, & cognitione.

Inſtabis: ùt ſervus eſt terminus relationis domini, aliàs non opponerentur correlativè. Reſpondeo: relationes ùt ſunt oppoſitæ ſe mutuò reſpicere, ùt verò ſua fundamenta referunt, nullam terminari ad aliam niſi divinas fortè, ſed diſpar ratio eſt, quia ibi relatio conſtituit perſonam, de creatis verò etiam tranſcendentibus dici

 debet,

debet, quòd abſolutum ſit terminus, ac fundamentum. Si dicant, terminum debere eſſe ejuſdem generis, extrinſecè. C. aliter N.

Inſtabis: quomodò ergò neceſſe eſt ut poſitâ unâ relatione ſit & altera, ſi una non terminetur ad aliam. Reſpondeo: hanc neceſſitatem oriri ex naturâ relationis, quæ poſitis extremis cum, vel ſinè conditione per reſultantiam relationum oritur, hinc in illis, quæ extrinſecùs adveniunt, primò eſt abſolutum in cauſa &c. ut dilucidatum eſt in Phyſica. Pro his & ſimilibus adæquatè penetrandis

Quæres Primò: utrum relatio ſpecificetur per *eſſe in*, vel *eſſe ad*? Reſpondent Scotiſtæ communiter: quòd in utroque conſiſtat, tam enim requiritur, ut ſit in fundamento, quàm quòd referatur ad terminum, & non tantùm loquuntur de *eſſe in* ſubjecto, hoc enim omni accidenti convenit, ſed etiam *in fundamento*, per quod conciliant authoritates pro, vel contra, non eſt proindè duplex habitudo, ſed eadem uni velut fundamento dans denominationem ad aliud terminata, prout in ejus definitione æquè primò de utraque dictum eſt.

Quæres Secundò: an terminus ſit res quælibet? Reſpondetur: debere eſſe à

parte

parte rei exiſtentem. Et ſi dicas, mortuâ prole vocari parentem; hoc verùm eſt nominaliter, vel quia reſurget ille filius, cujus pater fuit, & rurſùs erit, undè relationes inter exiſtens, & poſſibile, vel duo poſſibilia ſunt tranſcendentales. Si petas, an poſſit tolli relatio manentibus extremis; negativè reſolvo ab inductione de ex-& in-trinſecùs advenientibus.

Quæres Tertiò: à quo deſumant relationes ſuam ſpecificationem? Reſpondetur paſſim: quòd à fundamento, & termino formali, non quaſi hæc ſint prædicata intrinſeca relationis, ſed quia quando ea ſunt ejuſdem rationis, etiam ipſæ relationes; hac ratione duæ ſimilitudines inter 4. parietes plus conveniunt, quàm ſimilitudo & æqualitas, vel etiam diſſimilitudo.

Quæres Quartò: quot modis dicantur relata? Reſpondetur: quòd tribus modis, nam ſi res conveniant in eſſentiali prædicato fundamentaliter, relatio dicitur identitas, quæ extrinſecè eſt ſubſtantialis; ſi differant diverſitas: quòd ſi conveniant aliqua duo, vel diſconveniant in quantitate, vocatur æqualitas vel inæqualitas; ſi in qualitate dicitur ſimilitudo, vel diſſimilitudo.

QUÆSTIO III.

An una relatio poſſit fundare aliam?

DIco: una relatio poteſt fundare aliam. Ita Sco. in 2. d. 1. q. 5. & in 4. d. 6. q. 10. cum ſuis & RR. plurimi poſt Suarez diſp. 47. ſect. 11. contra ſcholam Thomiſticam.

Probatur: albedo poteſt fundare relationem; Ergò & relatio. Probatur Conſequentia: non eſt major ratio, quòd albedo ſit fundamentum ſimilitudinis, quàm v. g. paternitas comparata ad aliam paternitatem; Ergò &c. Probatur Antecedens: ſi quæ ratio foret, eſſet iſta, quòd albedo ſit qualitas, ſuper quam fundatur ſimilitudo, ſicut æqualitas, ſuper quantitatem, & idenditas ſuper ſubſtantiam ex quæſito ultimo in quæſt. præced. ſed hæc ratio nulla eſt; Ergò. Probatur Minor: omne ens aliquo modo eſt quid, quantum, & quale; Ergò etiam relatio ſub hac ratione tales relationes potens fundare. Probatur Antecedens: omne ens habet aliquem gradum determinatum entitatis inter alia entia; Ergò *quid* eſt, deinde importat perfectionem tranſcendentalem, Ergò *quantum*, habet & formam ſecundùm quam conſtituitur in eſſe; Ergò ſecundùm eam erit *ſimile*: ità ferè Sco. ci. in 4. ſed.

Reſpondere poſſent: *quid*, *quantum*, &
le, quæ ſunt fundamenta relationum,
ni prædicamentaliter ex Ariſt. 5. Met.
t. 20. & ſic poſſe fundari ſuper unam re-
ionem prædicamentalem aliam ratio-
, vel ſecundùm dici, & tranſcendenta-
n tranſeat, prædicamentalem N. Con-
: hæc non ſunt idem *relatio rationis*, *ſe-*
dùm dici, & *tranſcendentalis* ùt inſinua-
q. 1. deinde ſicut verum eſt relationem
e ens, ità & fundat relationes commu-
; tertiò etiam fundare poteſt relatio-
n prædicamentalem, vel realiter diſtin-
m, nam paternitas adveniente alterâ
æquè ſimilis, ac paries albus A adveni-
i alteri.

Reſpondent: fieri ſimilem fundamenta-
r. C. formaliter N. alij dicunt ſecundùm
perfectum concipiendi modum. C. à
te rei N. Contra arguunt noſtri, ſic de-
e etiam dici alba ſimilia fundamentali-
; ſed non omninò ſtringunt, nam im-
nis duæ ſimilitudines non videntur
ſe dici ſimiles per novam ſimilitudi-
n, cùm ſint illud *quo*, intelligenda eſt
o concluſio de relationibus diſparatis,
, in paternitate nequit fundari alia pa-
nitas, benè tamen ſimilitudo, quia æq;
ùm eſt quòd duæ paternitates ſint entia
tiva quàm duæ albedines ſint entia ab-

ſoluta; Ergò æquè ſuper priores formaliter relatio fundatur, quàm ſuper albedines.

Reſpondent aliqui: fundari ſuper paternitatem relationem diſtinctam N. ſeipſâ C. at hæc reſponſio nec eſt univerſalis, nec diverſa à prioribus, ſemper enim à paritate urgetur.

Reſpondere tamen poſſent Tho. ſicùt una ſimilitudo nequit dici ſimilis, cùm ſit illud *Quo*, ità nec relatio poteſt referri cùm ſit illud *Quo* refertur fundamentum. Contra eſt: quòd ſimilitudo quà talis, & ſpecificativè ſit forma ſimplex, relatio verò quâ talis eſt quidem id *Quo*, conſiderata tamen ſecundùm ſe eſt ens relativum conſtans genere, & differentiâ, quia diviſio in 10. præd. non eſt rigoroſa, & ſi foret talis, adhuc conſtaret gradu, ac formâ declaratis, ſimilitudo autem eſt gradus unicus. Confirmatur: *ubi* eſt reſpectus, ſed ſuper ubi fundantur alij; item ſolent alij Scotiſtæ cum Doctore ſecundùm Euclidem 5. Geomet. afferre ſimilitudinem inter proportiones, ſed cautè moneo, ut attendatur qualis relatio ſit proportio.

Colliges univerſaliter: relationes prædicamentales ſuperaddi, quando nova denominatio intrinſeca advenit, niſi illud cui videtur advenire ſit gradus ſimplex, cui ſub eadem formalitate, quâ eſt illud *Quo* ex adjecto

jecto repugnat; dixi *ſub eadem*, nam ſimilitudo fortè poſſet æqualitati dici diſſimilis, at hoc illi non convenit quà ſimilitudo præſciſè, nec quà relatio, ſed quatenùs relatio ſimilitudinis.

Obijcies: ſi una relatio poſſet fundare aliam, ſecunda fundabit tertiam, & ſic in infinitum procedetur. Reſpondetur Negando Conſequentiam, ſicut enim ex hoc quòd unum accidens ſubjectetur in alio, non itur in infinitum, ità nec hic.

Inſtabis: licèt ex eo, quòd unum accidens abſolutum in alio ſit, non ſequatur talis proceſſus, cùm agens plura abſoluta non inducat, tamen in relativis ſequetur, v. g. duæ paternitates erunt ſimiles. Iſta ſimilitudo diſſimilis identitati cuidam, hæc diſſimilitudo rurſùm ſimilis alteri diſſimilitudini, & ſic deinceps ut nunquã deveniatur ad eandem rationem, ad præcludendum reſponſum commune.

Reſpondeo: Maſtrium, & Compendiatores hoc non ſolvere, quia ſolutio per illud *Quo* eſt de relationibus ejuſdem rationis; alij proceſſum in infinitum concedunt, quia ſunt entitates minimæ relativæ, ego verò dicerem ſequi quidem plurimas prædicamentales, non tamen infinitas, de tranſcendentalibus tamen admitterem, quòd eſſent infinitæ, quantum ca-

pere

pere poſſumus. Solent etiam quædam objici ex Ariſt. quòd ad actionem non detur actio, & quòd fundetur in tribus modis relatis, ſed jam dictum eſt in eodem genere non fundari aliam ſuper aliam, & explicitum eſt, quomodo relatio ſit *quid*, vel *quantum* &c. de divinis verò ſuô locô.

Quæres: an multiplicatis terminis multiplicentur relationes? Reſpondeo affirmativè, & quidem multiplicatis terminis ſpecie diſtinctis conveniunt omnes eſſe relationes diverſas, v. g. Petrus, qui eſt pater Pauli, aliam dicit relationem ad Paulum, aliam ad brutum, vel etiam identitatis ad alium hominem, ſed ſenſus eſt, quando fundamentum reſpicit plures terminos ejuſdem rationis, v. g. pater plures filios, an unicâ, vel pluribus relationibus? quòd per plures, ſic oſtendo: ſi unus moriatur perit una, manent aliæ. Nec juvat dicere, quòd minuatur, nam quoties novus producitur, nova denominatio ſimpliciter advenit, non enim valet habens tres filios eſt magis pater, quàm habens unum, niſi impropriè, nam advenit talis denominatio, ac ſi nullum haberet; deinde relatio non intenditur, vel remittitur, ſicut tertius gradus caloris adveniens duobus, & fundamentum Tho. quòd plura accidentia numerô diſtincta non poſſint eſſe in eodẽ ſub-

ſubjecto in ſchola Scoti vix eſt umbratile. Quòd ſi dicas; talis eſſet tres patres, quia paronymum ſequitur formam. Reſpondeo: ſi ſunt diverſæ ſpeciei; num enim Rex Hiſpaniæ habens plura regna eſt plures reges?

Petes: quot, & quænam ſint proprietates hujus prædicamenti. Dico, quòd quinque. Prima eſt *habere contrarium*, v. g. *ſimile contrariatur diſſimili.* Secunda eſt *ſuſcipere magis, & minùs,* ſed obſervandum eſt, quòd utraque conveniat non relationi per ſe, ſed ratione qualitatis (ùt habet Reverendiſſimus P. Generalis Rotundi, cujus quondam Patavij auditor eram.) Tertia, quòd relativa *ſint ſimul naturâ*, id eſt, quòd ſimul exiſtant. Quarta, *quòd ſint ſimul cognitione*, nam quis nequit cognoſcere patrem niſi filium, imò in tranſcendentalibus nemo poteſt creaturam naturaliter percipere quà talem, niſi & creatorem attingat. Quinta eſt *dici ad convertentiam*, ſolis mutuis propriè conveniens. Sit nomen domini benedictum.

DISPUTATIO VI.

De ſex ultimis, & poſt-Prædicamentis.

DIviſi relationem à parte rei in intrinſecùs advenientem, quæ quartum præ-

prædicamentum conſtituit, & extrinſecùs advenientem, quæ ſex ultima prædicamenta ſunt: his jungam de poſt-prædicamentis dicenda.

QUÆSTIO I.

Quid ſit Actio. & Paſſio, ac in quo ſubjectentur?

DIco: actio *eſt relatio extrinſecùs adveniens fundata in agente, eique tribuens denominationem formalem agentis, paſſio verò eſt relatio extrinſecùs adveniens fundata in paſſo*, id eſt effectu producto, vel mutato, *eique tribuens denominationem formalem paſſi.* Ità ſchola Subtilis cum ſuo Magiſtro in 3. d. 1. in 4. d. 13. & alibi frequenter contra ſcholam Thomiſticam ac plurimos extraneos.

Declaratur: primò enim dixi, quòd actio ſit relatio ſicut de omnibus ſex ultimis prædicamentis aſſevero contra eos, qui vel in ſola denominatione extrinſeca, vel in modo partim abſoluto, partim reſpectivo ea collocant; ſecundò dicitur, quòd ſint relationes extrinſecùs advenientes, per quod diſtinguuntur à quarto prædicamento; dictum eſt tertiò, quòd actionis ſubjectum ſit agens, & quoad hanc partem eſt contra plures Tho. Soncinnatem, Hervæum, licèt Flandrenſis teneat ex mente D. Tho. quantum ad rem ſignificatam

catam eſſe verè in agente, quantùm admodum ſignificandi, & penes id quod relinquitur in patiente, actionem eſſe in patiente, ſed hoc quidem totum verum eſt, id tamen quod relinquitur nullatenùs, debet actio, ſed paſſio dici: quartò quòd hæc definitio tam actionis quàm paſſionis ſit bona, ac omnes & ſolæ cum hac concordantes, v. g. illa Gilberti porretani, actio eſt id, *ſecundùm quam in id, quod ſubijcitur, agere dicimur*. Ex his

Probatur concluſio primò generaliter: hæc definitio tam actionis, quàm paſſionis habet omnes conditiones, exprimit formalitatem intrinſecam ejúſq; effectum, & declarat ſubjectum, fundamentum, & terminum, ùt eam conſideranti patebit; Ergò; &c.

Probatur ſecundò: actio & paſſio non ſunt quid abſoluti, nec relationes quarti prædicamenti, nec partim abſoluti partim reſpectivi, nec modi indifferentes, nec puræ denominationes extrinſecæ; Ergò relationes extrinſecùs advenientes. Probatur Antecedens: non primum, quia hæc nomina ſunt impoſita ad importandum formam, quâ unum reſpicit aliud ùt producens, & productum, ùt mutans, & mutatum; nec ſecundum, quia poſitis extremis, inter quæ reſultat, non illicò conſurgit

git actio, ſed requiritur conditio approximationis; nec tertium, vel enim utrumque æquè primò dicerent, & ſic eſſet aggregatum ex rebus diverſi prædicamenti, vel unum primariò aliud extrinſecè, tunc quæro quodnam illud? ſi abſolutum, primitùs erit relatio ſecundùm dici ad quartum pertinens; ſi ſecundum, & ego dico terminativè abſolutos eſſe reſpectus illos: ſic etiam de modis argue; & quòd non ſint puræ denominationes extrinſecæ conſtat, quia ſicut oculus magis dicitur intrinſecè videns, quàm paries viſus, ità & actio viſiva eſt in oculo velut ſubjecto tam actio productiva propria, quàm operativa, quæ eſt nominalis actio, utì de intellectu doceo in Animaſtica. Nec dicas, quòd quidem reſpiciant cauſam, ſed non velùt terminum purum. Contra: actio reſpicit effectum paſſio agens velut puros terminos, ſicùt intrinſecùs adveniens relatio præter conditionem.

Probatur tertiò ſignatè, quòd ſubjectū actionis ſit agens, paſſionis paſſum: ſicùt paries dicitur albus, ità cauſa producens, vel mutans, effectus productus, ſubjectum mutatum, hôc exceptô, quòd paries per formam abſolutam, illa per habitudinem unius ad aliud; Ergò &c. Deinde actus primus eſt cauſa radicalis; Ergò actus ſe-

ſecundus eſt formalis; Ergò agens dicitur habere actum primum, & ſecundum; imò crediderim cum Flandrenſi hoc S. Thomam non negâſſe, niſi per modum loquendi, quemadmodum Neoterici putant actionem debere eſſe quaſi modum medium inter agens, & effectum.

Confirmatur: quando unus ignis ſimul comburit duo ligna, eſt una actio, ſed non in lignis; Ergò in igne. Si diceres, eſſe partialiter in ſingulis lignis. Contra: ligna non dicuntur agere, ſed pati; Ergò &c. Præterea actio denominat ſubjectum, ſed non denominat patiens. Nec dicas denominare ſubjectum ad quod tendit. C. in quo eſt N. Contra: alia accidentia denominant ſubjecta in quibus ſunt.

Reſpondet de Bachone: actionem eſſe in agente velut cauſa. C. velut fundamento N. Maſius verò inquit, eſſe in agente velut ſubjecto actionis, non verò quatenùs paſſio. Contra: in agente eſt velut fundamento, ſicut paſſio in paſſo, quæ duo non ſunt idem, ut hallucinatur Maſius; Ergò &c. Probatur: agens, & patiens non ſunt idem; Ergò nec paſſio, & actio; inſuper agens refertur, & patiens refertur, non eâdem; Ergò diverſis habitudinibus, quarum quælibet eſt in eo quod refert.

Nec obeſt Philoſophus docens ad relationem non dari motum, loquitur enim de *prædicamento ad aliquid.*

Obijcies contra tertiam partem: doctio eſt actio, ſed doctio non eſt in agente; Ergò &c. Probatur Minor Ariſt. 3. Phy. tex. 20. ait doctionem eſſe in diſcente, ità ferè Ariminenſis.

Reſpondeo: gloſſando Philoſophum: doctio ſumpta pro qualitate doctrinæ, quæ eſt effectus. C. doctio ſumpta pro actione, quâ Magiſter, v.g. dicitur docens N. quando verò inquit quòd actio, & paſſio ſint unus motus, intellige unitate ſimultatem importante. C. unitate formali N. ſi tandem dicat relationem non eſſe activam, interpretandum eſt ùt *quod*, vel virtus cauſandi.

Inſtabis: omnis motus eſt in mobili, ſed omnis actio eſt motus; Ergò &c. Reſpondeo Diſtinguendo Majorem: omnis motus activus N. paſſivus. C. ſic diſtinctâ Min. N. Conſequentiam; nam quando ſubjectum mutatur, agens dicitur mutare, ſicut quando effectus producitur, agens producit.

Cæterùm actio ſœpè confunditur cum re acta, id eſt: effectu, vel mutato, aut planè ob vitioſum quorundam loquendi modum pro paſſione, ex quo ſœpè videntur vim facere, quæ ſunt ludicra. Quæri ſolet,

let, quotuplex ſit actio? Reſpondeo alia *creativa*, alia *generativa*, poſterior, vel eſt *productiva*, vel *mutativa*, productiva alia eſt *immanens*, ità ut idem ſit cauſa, & ſubjectum effectûs producti, ùt de intellectu docetur, alia *ſubſtantialis*, alia *naturalis*, & oppoſitè penes terminum, de quibus ſingulatim agendum erat pro diverſitate facultatum.

QUÆSTIO II.

Quid ſint Quando, Ubi, Situs, Habitus?

DIco: *Quando eſt reſpectus extrinſecùs adveniens fundatus in re coexiſtente alteri*: *Ubi* verò *eſt reſpectus extrinſecùs adveniens locationis*, id eſt præſentiæ alicujus rei in loco: *Situs eſt reſpectus extrinſecùs adveniens inter partes rei locatæ, & loci ſpeciali modo diſpoſitas*: Veſtitus demùm, *eſt talis ordo inter veſtes, vel arma, & rem veſtitam, vel armatam.* Ita Sco. in 4. d. 10. & alibi cum ſuis contra Tho. ac extraneos conformiter loquentes, ſicuti de actione, & paſſione dicebam.

Examinatur & Probatur definitio *Quando*, ubi per *Quando* non intelligitur duratio intrinſeca, v. g. tempus intrinſecum, ævũ, æternitas, imò nec extrinſecum, quod dixi eſſe motum ſphæræ ſolis, & lunæ, ſed reſpectum conſurgentem inter rem durantem, & tempus extrinſecum, ferè ſicut

dum quis applicat ulnam panno, exſurgit quædam conformitas, & commenſuratio pannum inter & ulnam, ſic etiam rem exiſtentem inter, & motum ſphæræ ſolis oritur menſura, vel relatio menſurationis, ità ut *Quando* aliud ſit *activum*, aliud *paſſivum*; primum quidem eſt in motu, vel tempore extrinſeco ad rem durantem tempore vel ævo, paſſivum eſt in ipſa re durante, *Quando* verò abſtrahens eſt genus ſupremum: ubi dicitur, quòd non ſit hoc, *Quando* aliqua denominatio, vel modus, ſed relatio oriri ſolita exiſtentibus extremis, imò ipſa relatio coëxiſtentiæ, quæ menſura dici poteſt.

Probatur & Explicatur ſecundò, quid ſit *Ubi*, ſcilicet ille reſpectus, per quem res dicitur locata, & locus locans; ex quo habes & ipſum *Ubi* aliud eſſe *paſſivum*, aliud *activum*; primum erit reſpectus rei locatæ ad ipſum locum; activum verò eſt reſpectus loci ad rem locatam, *Ubi* præſcindens prædicamentum octavum. Si quæras; an de loco circumſcriptivo valeat? dico & definitivo, non autem de ſpatijs imaginarijs, cùm non detur intelligi quid ſint: huc pertinet ubi *naturale*, *violentum*, & *neutrum*, *propinquum*, & *diſtans*.

Declaratur etiam prædicamentum. *Situs*, qui non eſt reſpectus rei locatæ quo-

modo-

modocunque, ſed ordo inter partes hoc, vel illô modô diſpoſitas, v. g. ſi quis ſit in loco ſtans, vel ſedens, iſta poſitio, vel ordo partium ſpecialis relatio eſt. Diviſio correſpondet prioribus repetitæ.

Tandem exponitur relatio *Habitûs*, eſſe enim veſtitum eſt habere formam poſitivam, à qua hæc denominatio proveniat, ſed illa forma non eſt quid abſoluti, nec relatio intrinſecùs adveniens; Ergò &c. Probatur Minor: neque enim eſſe veſtem, & eſſe hominem eſt eſſe veſtitum, neque alia abſoluta forma apparet. Nec dicas, eſſe indiſtantiæ negationem inter veſtes, & rem, quæ dicitur veſtita, & ità præſertim de *ubi* loquuntur alij. Contra: ubi eſt effectus formalis poſitivus, & forma eum tribuens admittenda eſt, ſed; Ergò. Nec valet, vel poſitiva modalis, vel relativa. C. neceſſariò relativa N. nam habitudo inter extrema ſemper exprimitur hæc ſex prædicamenta exponendo. Si dicas, ſecundùm dici, vel tranſcendentalis. C. prædicamentalis N. Contra: jam oſtenſum eſt dari reſpectus extrinſecùs advenientes; Ergò nihil impedit, quò minùs ſex ultima dicantur eſſe tales, cùm non ſint genera ſuprema abſolutè: item ex abſoluto & reſpectivo non fit unum per ſe, nec eſt ulla neceſſitas abſolutum addendi.

Tandem cùm ſint entitates minimæ, ità tamen ut conditiones prædicamentales participent, nec in ſolis denominationibus, vel connotationibus, nec in conflato ex ordine, & modo conſiſtent.

Obijcies I. *Quando*, & *Ubi* conſurgunt poſitis extremis; Ergò ſunt relationes intrinſecùs advenientes. Reſpondeo Negando Antecedens: *Quando*, & *Ubi* quomodocunque. C. hoc, vel illud. N. deinde quòd motus ſpharæ ſolis menſuret, habet ab extrinſeco, ille enim motus eſt neuter.

Inſtabis: ad *Ubi* ſpectant propinquitas, & diſtantia, poſitô quocunque corpore phyſico oritur diſtantia, vel propinquitas: Ergò. Reſpondeo ùt ſtatim: Minorem eſſe fortè veram de aliqua indeterminata, ſed non hac vel illa.

Inſtabis: ſicut ſtante pariete albo A quando ponitur B. conſurgit ſimilitudo, ità & inter locum, & rem locatam. Reſpondeo Negando Conſequentiam: nam paries albus B. non poteſt non eſſe ſimilis, at corpus poteſt eſſe in alio loco, ſitu, habitu & quando, & per hoc patet illas relationes realiter diſtingui, nec eſſe purè ſecundùm dici, vel tranſcendentales.

Obijcies II. non dantur relationes extrinſecùs advenientes; Ergò fruſtrà ſic definiuntur ultima prædicamenta. Probatur

tur Antecedens: tum quia hæc ſex convenirent in uno genere, & ſic ſuprema non eſſent; tum quia multæ qualitates reſpiciunt eſſentialiter ſua objecta, & tamen non ſunt relationes. Reſpondeo: quòd conveniant omninò in ſupremo gradu, eſtò dicerentur genera abſolutè ſuprema; de qualitatibus ſcitur quid ſint præter reſpectum, ſcilicet formæ abſolutæ, at dicere eſſe modum, eſſe connotationem, nihil ſufficienter declarat: & ex his patet ad Aureolum quærentem quid ſit *heri*, *hodie*, *hic*, *ibi*, *ſtare*, &c.

QUÆSTIO III.

Quid, quot, & quænam ſint Poſt-Prædicamenta?

DIco: Poſt Prædicamentum eſſe quoddam documentum deſerviens à poſteriori ad habendam completam notitiam prædicamentorum, cujus ſunt quinque claſſes ſequentes, *oppoſitio*, *prioritas*, *ſimultas*, *motus*, *habere*. Ità communiter cum Ariſtotele de prædicamentis, & ſignificantur per ea documenta, ex quibus meliùs colligitur, quænam directè, vel indirectè ſint in tali ſerie locanda.

Primò itaque ponitur *oppoſitio*, quæ eſt repugnantia duorum ſe mutuò excludentium ab eodem: cujus quatuor membra

vide in Dial. ſub litt. D. ubi obſerva, quòd ſi extrema ſint entia prædicamentalia, etiam oppoſitio talis erit, ſi verò tranſcendentalia, æquè talis dicenda erit cæterùm omnes diviſiones lege in eodem Alpha: quibus adde, quòd alia ſit oppoſitio *formalis*, alia *virtualis* prior eſt, quæ ſecundùm ſe, & ſuos effectus formales repugnant v. g. calor, & frigus; altera eſt inter ea, quorum unum poteſt effectum alteri repugnantem producere, ſic ſol opponitur frigori. Vide P. Sannig, cujus definitio non valet, ſi verum eſt, quòd ait Sonnenus, omne ens eſſe ſubſtantiam, vel accidens, puta ens prædicamentale, proinde oppoſitio contradictoria non excludit propriè à *ſubjecto*.

Secundum Poſt-prædicamentum eſt *prioritas*, quæ eſt quintuplex juxta illud:

Tempore, naturâ, prius ordine, dic & honore,
Et cauſâ effectu dicitur eſſe prior.

Prius tempore eſt, quod aliquo tempore antecedit, v. g. flos fructum, Adam nos; *Naturâ*, quæ quidem ſimul tempore, unum tamen pullulat ab alio per inferendi conſequentiam, v. g. ſol præcedit radios, eſſentia proprietates; quæ ſi eſt phyſica, aliquando eſt *privativa*, & eſt illud, quod à tali cauſâ pullularet phyſicè, niſi ab extrinſeco impediretur, ſicut de privatione in materia cœlorum dixi;

xi; aliquando *poſitiva* ùt in præced. exemplis, *Ordinis* eſt illa, quod reſpectu alicujus finis primò ponendum eſt, v. g. ordine Logica eſt prior ſcientijs: *Dignitatis*, quòd licèt ordine, vel tempore non præcedat, tamen dignitate v. g. Princeps in apparatu ſæpè retro graditur, & tamen prior eſt famulitio. Tandem omnis cauſa eſt prior effectu, vel tempore, vel naturâ; unde alij tantùm 4. prioritates aſſignant. Sic à proportione diſcurre de poſterioritate.

Tertiò locô ponitur *Simultas*, quæ triplex eſt *generatione*, quæ ſimul eodem tempore generantur; *naturâ*, ùt ſunt relativa, & correlativa v. g. pater, & filius, ac *diviſione* & ſunt illa, quæ dividunt idem genus, v. g. rationale, & irrationale ſimul dividunt animal.

Quartò eſt *Motus ſecundùm imperfectum concipiendi modum*; hoc addo quia formalitas motûs eſt quintum, vel ſextum prædicamentum, ſubjectum verò unum ex tribus primis, igitur ſi concipiatur motus quaſi eſſet via, vel medium ad terminum, quô modô imbecilles RR. contra Scotum concipiunt, huc ſpectabit; dividitur in *generationem*, *corruptionem*, *augmentationem*, *diminutionem*, *alterationem*, & *mutationem ad ubi* ſtando phyſicæ Ariſtotelicæ.

Quintò & ultimò, ponit Philoſophus *Habere*, quod non ſignificat habitum, vel veſtem habere, ſed aliquod prædicatum, quod vagatur per multa genera, alius habet quantitatem, alius qualitatem, alius dominium, alius habet habitum, alius alia; ego autem nihil habens nec materiam, nec formam Ariſtotelicam, nec accidentia compoſito ex his principijs inhærentia hìc ſiſto, & Deo Opt. Max. Decori Nominis Jesu ac Imm. Concept. Virg. Mariæ, Honori Omnium Sanctorum, ac Sanctarum Philoſophiam meam pridem conſecratam termino, quam Ethica, & Animaſtica utpote facultates, aut claſſes philoſophiæ generalis diſtinctæ inceſſanter typo dandæ cum quatuor libris Sententiarum (in quibus de Deo ac Intelligentijs ea, quæ ad Metaphyſicam tanquam naturalem Theologiam ſpectant, abundantiùs tractabo) proximè ſequentur.

IN-

INDEX CONTENTORUM.

PROLOGUS IN METAPHYSICAM.

DISPUTATIO UNICA.

De Quidditate, Qualitate, & Objecto Metaphyſicæ?

QUæſtio 1. Quid ſit Metaphyſica? 2. An Metaphyſica ſit una ſimplex qualitas? 3. Quid ſit objectum Metaphyſicæ?

TRACTATUS I.

De Ente ſecundùm ſe.

DISPUTATIO I.

De Diviſionibus Entis.

Quæſtio 1. An Ens benè dividatur in ens ex naturâ rei & rationis? 2. An Ens benè dividatur in negativum & po-

poſitivum? 3. An Ens benè dividatur in quantum, & non quantum?

DISPUTATIO II.

De Conceptu Entis Poſitivi.

Quæſtio 1. An detur conceptus formalis & objectivus entis à parte rei præciſus ab inferioribus ac diſtinctus? 2. An Conceptus entis ſit univocus Deo & creaturis, ſubſtantiæ & accidenti? 3. De quibus Ens prædicetur?

DISPUTATIO III.

De Proprietatibus Entis, & Modis intrinſecis.

Quæſtio 1. Quot & quænam ſint Proprietates entis, & quomodo diſtinguantur? 2. Quid ſint vel importent Proprietates entis? 3. An & quid ſint Modi intrinſeci entis?

DISPUTATIO IV.

De Diſtinctionibus Entis.

Quæſtio 1. In quo couſiſtat Diſtinctio? 2. Quotuplex ſit Diſtinctio? 3. An detur inter gradus metaphyſicos di-

Diſtinctio formalis Scotiſtica actualis ex natura rei?

DISPUTATIO V.

De Poſſibilitate, Exiſtentia, Eſſentia, & Subſiſtentia.

Quæſtio 1. Quale eſſe habuerint creaturæ poſſibiles ab æterno? 2. Quomodo diſtinguantur Eſſentia & Exiſtentia? 3. Quid ſit Perſonalitas?

DISPUTATIO VI.

De Ente Rationis.

Quæſtio 1. An & quid ſit Ens Rationis? 2. An ſolus intellectus ſit cauſa Entis Rationis? 3. An ſolus intellectus creatus faciat Ens Rationis?

TRACTATUS II.

De Ente in ordine ad ſua inferiora.

DISPUTATIO I.

De Antiprædicamentis, & iiſdem in communi.

Quæſtio 1. Quid ſint Univoca, Æquivoca, & Analoga? 2. An diviſio

entis

entis in decem prædicamenta ſit bona? 3. Quæ ſint Regulæ & Conditiones prædicamentales?

DISPUTATIO II.

De Subſtantia, & Accidente.

Quæſtio 1. Quodnam ſit prædicamentum Subſtantiæ, & quæ in eo ponantur? 2. In quo conſiſtat ratio formalis Accidentis? 3. An Accidens ſpirituale poſſit eſſe in ſubjecto corporeo, & corporeum in ſubjecto ſpirituali?

DISPUTATIO III.

De Quantitate.

Quæſtio 1. In quo conſiſtat eſſentia Quantitatis? 2. An Quantitas realiter diſtinguatur à ſubſtantia? 3. Quotuplex ſit Quantitas?

DISPUTATIO IV.

De Qualitate.

Quæſtio 1. Quid ſit Qualitas? 2. Quotuplex ſit Qualitas? 3. An detur Potentia Neutra inter activam & paſſivam, violentam & naturalem?

DI-

DISPUTATIO V.

De Relatione.

Quæſtio 1. Quid & quotuplex ſit Relatio, & quomodo ab extremis diſtinguatur? 2. An Relatio terminetur ad abſolutum vel reſpectivum? 3. An una Relatio poſſit fundare aliam?

DISPUTATIO VI.

De ſex ultimis, & poſt-prædicamentis.

Quæſtio 1. Quid ſint Actio, & Paſſio, & in quo ſubjectentur? 2. Quid ſint Quando, Ubi, Siſtus, Habitus? 3. Quid, quot, & quænam ſint Poſt-prædicamenta?

Cætera cum emolumento tractari ſolita in his continentur, vel diſtinctis quæſitis ſufficienter examinantur.

O. A. M. D. G.

Digitized by Google

Digitized by Google